beãt. Quapropter si ita ẽ sicuti ẽ: qđ porta ipsa p metaphorã siue trãslatio
nẽ ut ingt ezechiel ĩtelligi debeat. Istud qdẽ nullo fũdamẽto nulla ue rõne ꝑ
cipi põt de alio nisi de mr̃e christi maria itacta: atq; sp uirgine: quæ messiach
mr̃ fuit: de q̃ ꝓpheta ingt. Porta hæc clausa erit: & nõ aperieť: & uir nõ trã
sibit p eam: quoniam dominus deus israel ingressus est p eam: eritq; clausa.

Recte igitur nostra canit ecclesia. Maria fœlix cœli porta.

De cuius ẽt itegritate dauid ꝓpheta spiritu scõ infusus ait psalmo. lxxi. Descẽ
det sicut pluuia in uellus & sicut stillicidia stillantia super terrã. In uellus nã
que pluuia recipitur: & ab eo etiam absq; ulla corruptione sui emittitur. Sic
itidem christus in utero mariæ uirginis spiritu sancto cõceptus: ex uirgineo
corpore absque ulla corruptione illius egressus est.

Hoc ipsũ esaias. c. xxxxv. dulcissime cecinit. Rorate cœli desup & nubes plu Esaias

Rabi solo:

ant iustū: aperiat̃ terra & germiet saluatorē. Sup q̄bus uerbis scribēs rabi salomō iquit totū capitulū istud dici de rege messiach.

Trā. chal:

Esaias:

Præterea trāslatio chaldaica: cuius auctoritas apud iudæos singularis est atq; præcipua: quæ appellat̃ ab eis thargū: cui hebræorū nullus quacūq; fulgeat auctoritate atq; doctrina unq̄ repugnare ausus ē. Illud esaiæ. c. lii.

Ha iazlach habdi messiach hitterō ue gizge ue girch of lahdach. A iudæis autē uerba hæc sic ꝓferūt̃. Hinne iaschil habdi iarum uenissa ue gabba meod Q uæ latine sonāt. Ecce ītelliget seruus meus: exaltabit̃: eleuabitur: & sublimis erit. Sic exponit. Ecce ꝓsperabit̃ seruus meus messiach: exaltabit̃ plusq̄ abraā. Eleuabitur plusq̄ moses: & sublimis erit ualde plusq̄ angeli supiores. Hāc autē expositionē si q̄s recte ꝑcōtatus fuerit aut diligēter excusserit non difficile cognoscer ueritatē quā dicimus. Nā si messiach supioribus angelis sublimior eē debet: q sine ulla cōtagione atq; diminutiōe i sui natura cōsistūt cur insaniūt iudæi: ut q tāta excellētia atq; sublimitate ꝓmissus i lege christus eē debeat: hūc uelint humano coitu nasci: Hoc sane audire mortalis hæc natura nō patit̃: diuinaq; abhorret: qd' qui angelis dignior sit atq; sublimior: q alius nisi deus eē nō pōt ex corrupta muliere nasci debeat. Hæc plane sūma īprobitas ē. Hic error nō æquo aīo ferēdus: sed rōnibus cōuincēdus.

Rabi aquiba.

Rabi salomon:

Rabi moses egyptius.

Esaias

Prodeāt igit̃ ī mediū iudæoꝝ doctores. Rabi aq̄ba: rabi salomō: Rabi moses egyptius: quē magnū iudæi prædicatorē existimāt & appellāt ac cæteri patres. Et ī hoc certamine aciē igenioꝝ suoꝝ excitēt: si q̄ eoꝝ uel rōe uel auctoritas aduersus quæ dicturus sum præualeat: paratus enim sum si doceāt. Sed prius esaiā audiant: a quo dicitur. c. viiii.

Paruulus eni datus ē nobis: & filius datus ē nobis: & factus ē principatus sup humerū eius: & uocabit̃ nomē eius admirabilis cōsiliarius deus fortis pater futuri sæculi princeps pacis. Multiplicabit̃ eius imperium: & pacis non erit finis. Hæc enim uerba apud hebræos sic sonant.

Ieled iulad lami ben nitan lami uattehi hamisra hal sichmo uahichare scemo pelle iebez el gilbor abi had scar schalō lemarbe hā israch hulschalō en choz.

De littera mē clausa

Iudæi nāq; ubi nos dicimus multiplicabit̃ dicūt ipsi lemarbe: i cuius dictionis medio ut cōstat pōit̃ hæc lr̃a. m. quā appellāt iudæi mē: & ē duplex clausa & aperta. Clausa eni ponit̃ semp ī fine dictōis: nunq̄ ī medio neq; ī principio. Apta aūt ī medio: sed ī hoc loco esaias i dictōe ista Lemarbe posuit men clausā cōtra naturā lr̃æ atq; iudeoꝝ scriptoꝝ cōsuetudinē. Q uæ res qdē magnū quoddā præsetulisse dici necesse ē & nouus hic ac singularis modus scribēdi. Legāt mosē iudæi: necnō ꝑlegāt oēs ꝓpheras & sacros codices oēs nusq̄

Esaias

præterq̄ hoc ī loco naturā lr̃æ mutarā iuenient. Hic ille ꝑfecto thesaurus: hoc illud secretū ē qd' ab eodem ꝓpheta. c. xxxxv. scribitur. Et dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorum ut scias quia ego dominus. Voluit itaque diuina illa maiestas eo in loco ut ab esaia clauderetur men littera huiusmodi: ut christum messiach nasciturum ex uirgine homines non ignorarent.

CAPITVLVM

Hoc illud ẽ magnũ atq; firmũ quod apud hieremiã legit᷑.c.xxxiii.hæc dicit Hiere/
dominus deus q factutus ẽ: & formaturus illud & paraturus dominus nomẽ mias.
eius: clama ad me & exaudiã te: & annũciabo tibi grãde & firma quæ nescis
grãde eni fuit ut deus humana circũclausus carne: natus ex uirgĩe factus sub
lege uideret᷑: atq; tractaret᷑ ut homo. Hæc igit᷑ ueritas illa est: quæ ueræ re/
ligionis cultũ amplectit᷑: hoc domiciliũ ueræ fidei: hoc tẽplũ dei ẽ. In quod
si qs se non receperit: uel a quo si quis exierit cælesti abdicatus munere mor/
te moriatur æterna necesse est.

At nescio qs iudæorũ ĩperitus ac temerarius (ut eorꝝ moris ẽ) quæ diximus im Argu/
probat & inani quadã argumẽtatiõe irruit aduersũ me. Vultque ĩsanus ipse iudæ.
quæ a ꝓpheta esaia eo ĩ loco scripta sunt de ezechia rege achaz filio oĩa ĩrel/ Ezechias
ligi: q ut habet᷑.iiii.Re.xviiii.&.ii.paralypomenõ.xxxii.ꝑdito atque de/ iiii.Re.
structo exercitu sennecharib regis assyriorꝝ diuturna pace potitus ẽ. Ideo ab xviiii.
esaia dicit᷑ (ut ait ipse iudæus) de ipso ezechia ante dictiõem lemarbe. Scar Sennecha
schalom: hoc est princeps pacis. Nam tempore ezechiæ regis multos ãnos iu rib.
dæi pace functi sunt.

Iudæus iste quoniã quæ ĩ mediũ adduxit fundamẽto caret: igit᷑ ut corruãt ne Re. ad
cesse ẽ. Si eni ꝓconrarus dilĩgẽter fuisset quæ sequunt᷑ nõ blacterasset Sequi argu.
tur enĩ ꝓpheta Lemarbe hamisrach hulschalõ en chor: idest. Mulctiplicabit᷑
ĩperiũ eius. & pacis nõ erit finis. Sed tẽpore ezechiæ regis quindecim annos
uel circiter pax nõ ultra uiguit: ergo pax habuit finẽ quod dictis esaiæ repu
gnat. Quia manasses illius filius: cũ regnare cœpisset: fuit uir nequã & ido/ Manasses
latra erigens aras baalim & faciẽs lucos. Adorauitque oẽm miliciã cœli: quo
facinore deus iratus ei ꝑõrẽ ĩterrupit ad pacẽ ꝓfruẽdã: ĩsurrexit enĩ princeps
exercitus assyriorꝝ cõtra cũ. captũque & cathenis atque cõpedibus uinctum
traxerũt ĩ babylonẽ. Habet᷑ hoc secũdo paralypomenõ.xxxiii. Igit᷑ in maxi Paralypo
mũ errorẽ iudæus ꝓlapsus ẽ: & a ueritate penitus discessit: & seipsum fefellit menon
(ut frequẽtius accidit) q alios tãtopere conatur fallere.

Vtq; huiusmodi ueritas ꝓculdubio habeat᷑: Legãt iudæi trãslationẽ chaldaicã Iudæi.
quã ut diximus mirũ ĩ modũ obseruãt & uenerãt᷑ quæ sic expõit atq; declarat

Raf iah ir gelid lann: bar ĩtiahef lana ue chabbel orairah haloi lemitrech uit/ Verba cal
there sceme mappelc bezah heloa gibbara chaiã halme halmaiah messiach: daica.
di schelama girge halana beio mohi. Hæc eni latine sic proferuntur.

Infans natus ẽ nobis filius datus ẽ nobis: & suscipiet legẽ supra se ad cõseruan
dũ cã & uocabit᷑ nomẽ eius mirabilis cõsilio deus fortis ꝑmanẽs ĩ sæcula sæ/
culorꝝ messiach ab ipso pax multiplicabit᷑ ĩ diebus nr̃is. Ex qbus appet mani
feste quod per auctoritatẽ istam quæ ab esaia dicta sunt alicui nisi messiach
accommodari non possint.

Neque intactũ relinquã quod admirabile ẽ atq; memoria celebrãdũ. Quod/
que iudæi dicũt sentiũt & affirmãt. Tẽpore nãque primi tẽpli anteq̃ ĩ baby/

lone seruitutis iugo iudæi essent oppressi: singulari hoc munere eos donauit deus: ut uiro suo si qua mulier adulterio suspitioni foret. Aqua i uale fictili cõmixta puluere ex pauimẽto altaris collecto: i qua etiã diluebať dei nomẽ pprium iotheuauhe: quod apud græcos dicit̃ tetragãmatõ: a christianis ue ro deus: de quo nomĩe i sequẽti capite accumulatius uidebiť. Sũpta itaque aqua huiuscemodi corã sacerdote ipso a muliere eo īfecta crimine: moriẽdo comnuo adulterii misera pœnas dabat. At fidẽ si uiro suo integrã mulier ipsa gessisset: tantæ uirtutis erat atque potestatis illius aquæ puluerisque com mixtio: quod ea quidẽ sumpta absque humano semine cõciperet. Legiť hoc etiã apud iosephũ libro tertio antiquitatis iudaicæ. c. xii. ubi sic dicit̃. Muli et uero siquidem iniuste accusata cõcipit. Et partus eius nutrit̃ in utero. Con cipit inqt & nutrit̃ non aũt cõcipiet dixit atque nuttiet̃: ut illius aquæ ostẽ deret uirtutem & efficaciam. Hoc ipsum itidem habetur apud talmuthistas in distinctione quadam quæ apud eos dicitur sotha.

Iosephus

Talmuthistæ.

Numeri

Insup de aqua ista scribit̃ numeri. c. v. Locutus ẽ dominus ad Mosem dicens. Loquere ad filios israel: & dices ad eos. Vir cuius uxor errauerit: maritũque contẽnens dormierit cũ altero uiro. & hoc maritus depræhẽdere nequerit: sed latet adulteriũ: & testibus argui nõ põt: quia nõ est inuenta in stupro. Si spiritus zelotypiæ cõcitauerit uiru cõtra uxorẽ suã quæ uel polluta ẽ. uel fal sa suspitione appetit̃. adducet eã ad sacerdotẽ. Et inquit̃. Offeret igiť eam sacerdos & statuet corã domĩo. Assumetque aquã sanctã i uale fictili & pau xillũ terre de pauimẽto tabernaculi mittet in eã. Cũque steterit mulier in cõ spectu domini discooperiet caput eius & ponet sup manus illius sacrificium recordationis & oblationẽ zelotypiæ. Ipse aũt tenebit aquas amarissimas in qbus cũ exercitatiõe maledicta cogessit: adiurabitque ea & dicet. Si nõ dor miuit uir alienus tecum. & si nõ polluta es deserto mariti thoro nõ tibi noce būt aquæ istæ amarissimæ: in quas maledicta cogessi. Si aũt declinasti a ui ro tuo atque polluta es: & cõcubuisti cũ altero uiro: his maledictiõibus sub iacebis. Det te dominus in maledictionẽ: exemplũque cũctorũ i populo suo Putrefcere faciã fœmur tuũ & tumes uterus tuus disrūpať. Ingrediať aquæ maledictæ i uẽtrẽ tuũ: & utero tumescẽte putrescat fœmur Et respõdebit mu lier amẽ amẽ. Scribetque sacerdos i libello ista maledicta & delebit ea aquis amarissimis: i quas maledicta cogessit: & dabit ei bibere. Quas cũ exhause rit: tollet sacerdos de manu eius sacrificiũ zelotypiæ. Et ifra quas cũ biberit si polluta ẽ: & cõtẽpto uiro adulterii rea: ptrãsibũt eã aquæ maledictiõis: & inflato uẽtre cõputrescet fœmur: eritque mulier i maledictionẽ & i exẽplum oĩ populo. Q đ si polluta nõ fuerit erit inoxia & faciet liberos. O res præci pua & memoratu digna. Dicit̃ eni & faciet liberos: qđ qdẽ fieri sĩe uirili itelligi nõ debet: quãdoqdẽ i textu de aq tãtũ cũ puluere sermo fiat.

Q uod sane recte cogruit: nam si adulterio mulier implicita cõtra uitũ suum

aqua bibita moriebatur continuo ut cæteris exemplo foret. Sic inq̄ cõgruit mulier ab eo peccato imunis gratiam a deo cõsequeretur aliquam uel fauorẽ præcipuũ atq̃ memoria dignũ : quo pudicicia tori & obseruãtia matrimonii cognosceretur ab omnibus Non igitur ab re dixit Iosephus. Mulier uero siq̄dem accusata cõcipit: non aũt dixit cõcipiet: & partus eius nutritur i utero: nõ autem nutrietur dixit: ut hanc oẽs intelligerẽt ueritatem quod aqua illa subito a muliere accepta sine uirili coitu cõciperet atq̃ conceptũ in utero nutriret. Naturã itaque cũ puluere si aqua ipsa quãdoq̃ supabat. & si nõ uirtute atque dispositione sui. sed sũmi opificis q̄ super natura est: q̄ solus deus est. Cur iudæi uirginẽ concepisse tantũ spiritus sancti afflatu: quem ipsi uerruach appellãt nulla uel auctoritate uel rõne sibi psuadere possunt. Mali igitur sunt: & inexpiabili animaduersione mulctandi: q̄ rerum naturæ plus tribuũt q̄ q̄ eam fecerit atque gubernat Et huius diuinæ eruditionis iudæi quoniam expertes se faciunt qppe q̄ ut arrogãtes sibi ipsis credunt in plerosque dilabunť errores. nam pphetarũ auctoritati abrogant: rõnes subuertũt: dei cultũ deprauant & æternæ beatitudinis uiã quæ nostra religio est : funditus sibi tollunt. Q ua quidẽ religione excepta pphetis attestantibus: nulla bene uiuẽdi regula uel dici uel cogitari põt. Q uã igiť improba sit & ianis iudæorum opinio nõ difficile dignosci põt: quãdoq̄dem & pphetas fateanť duces suos & eorũ nihilominus uestigia seq̄ negligant. Aduersantur sibimet atque multiplici peruicacia trahunť. cuius perniciosa uis deo resistere atque repugnare conať. quo utique scelere nullũ detestabilius hominibus accidere põt Graui hoc igiť atque pditissimo errore iudæis infectis: nemini mirum uideri debeat si ueritas quam nos amplectimur onerosa sit atque offensa.

Sed ne a pposito discedamus satis superque pbatũ censui christũ uerõ messiach debere ex uirgine nasci: quod q̄dem & diuinis testibus atque rõnibus iã declaratũ fatebiť: q̄ cãm nostrã in hoc tãto certamie recte pscrutatus fuerit. Nõ laborabiť igiť a me circa q̄ copiose atq̃ sapiẽtissime a nicolao de lyra hoc i mysterio dicta sũt & a plerisq̃ aliis. ne mihi q̄s obiiciat hoc a me factũ: ut fũdũ meũ ex alieno fonte irrigare uoluerim. Q đ si iudæus ulterius quæriter uel iepnis q̄cũq̃ aduersus hãc ueritatẽ argumẽtatiões formauerit lectitet nicolaũ ipsũ: & iueniet pfecto: quo facilius iudæorũ stultitiæ solui possint: & omnibus quacũque in re ab eo satisfactum iri cognoscet.

Nicolaus de lira.

Imperiti atq̃ isipiẽtes iudæi q̄ nec uera sciũt nec falsa itelligũt qđ ẽ pecudum atq̃ brutorũ a turcis quã diximus ueritatẽ ipsam exqrãt q̄ licet multis iuoluãtur erroribus: ex uetustis tamẽ penetralibus eorũ sectæ mysteriũ hoc pcipiũt & uenerant christũ quẽ isai uocãt ex maria itacta ac semp uirgine fuisse natũ

Turci

Inquunt enim Zebrail geturdi meriemc tangridam sellami ue tuhi meriem isai degdi: meriem chex idi chex caldi isa ol pegãberdur chim acha ulasti gian il lebeden uechiamet iuni gelirsedur.

Turcorũ dictum

Quæ uerba apud nos sonāt: Angelus gabriel duxit mariæ a deo salutē: & spiritu maria christū peperit: Maria erat uirgo & uirgo permāsit: christus ē ille messiach qui ascēdit i cœlū & aia & corpore: & iudicii die uenturus est.

Turcorum sensus

Quod sane mysteriū: quod fidei atq; religiōis nostræ sacramētū sic eni apud eos sancitū ē aut fateatur eorū quisq; aut crudelissime moriaē necesse ē. Neq; uolunt disceptatio ulla fiat id quo modo factū sit. Sed ab eo factū esse: qui & maiora fecit qui deus ē hac disciplina cōtēti se ipsos & alios sic docēt atq; instruūt. At iudæus quod totus ubiq; mūdus recipit renuit: sibi ideo iniqus ē quod aliorū exēplo non mouetur: & insipiēs quod rōne nō uincitur. Omittamus prophetas omittamus rōnes quibus machinæ huius cūctus orbis cœlūq; totū regitur ac stabilitur. Natura .n. rerum oium recte pspecta instruiē hō ut absq; humano coitu ex utero uirgineo inexcogitabili diuinæ maiestatis uirtute atq; potētia hō nasceretur quādoq; : ut perfecti opificis qui oium conditor ē perfecta opa hoies non ignorarēt. Nihil. n. i hac conditōe mortali factum ē: quod suū oppositū non hēat. Id nāq; experiētia docet bono qdē malū oppōiē: Lux tenebris: Albo nigrū: Pulchro turpe: Dulci amarū: Gaudio tristicia: Aeterno corruptibile: beatitudini dānatio: uitæ mors ipsa: & sic singulis habitis habentur singula opposita:

Adam Eua Genesєos

Adam eni uir primus absq; uiro & absq; muliere natus est: cuius pductiōis oppositū ē: qui ex uiro & muliere nascitur: ut ego uel ille. Eua nāq; ex uiro sine muliere nata ē: ut habetur geneseos cap. ii. quæ pductio si suū nō hēret oppositū natura i hoc deficeret & minus pfecta foret: Igiē ut eidē nihil deesset quod ex muliere aliqs nasceretē sine uiro necesse fuit. Nō incōgruū igitur diuinæ maiestati extitit: sed laudabile atq; cōdignū: quod uir sine uiro ex muliere quādoq; nasceretē qui christus fuit uerus messiach. Vt quæ a deo præordinata sunt suo ordine perficerentur omnia:

Præterea quot modis a deo hō produci potuit tot illum producere illi cōgruebant: sed quattuor modis illū potuit ipse producere: quēadmodū supra ostēsum ē. Igitur tot modis eū producere cōgruū deo fuit. Nec ītellectus humanus uel ingeniū: si quē potētia diuina produceret alio mō pcipere uel imaginari posset qui aliquo istorū quattuor modorū produceretē homo. Aut sine uiro ac sine muliere: Aut mō opposito ex uiro. s. atq; ex muliere: Aut ex uiro solo rēmota muliere: aut mō huic opposito ex muliere sine uiro: Ergo diuinæ maiestati siue iusticiæ decēs fuit atq; cōueniēs: ut uir ex muliere absq; ulla cōtagiōe uirilis seminis nasceretē q̄doq;: q pfecto christus fuit uerus messiach.

Insup illi modo uel cōditioni ītellectus uel humanū ingeniū assentire uidetur facilius ubi minus est repugnans in natura: Sed uirū pduci ex muliere sine uiro est minus repugnans: q̄ uirū sine uiro ac sine muliere: uel mulierē ex uiro sine muliere: igiē ītellectus humanus facilius sentire & affirmare pōt aliquē ex muliere produci sine uiro: q̄ duobus supradictis modis productōnis

aliquē nasci. Cōfirmat̄ hoc. Nā de quo magis uidetur inesse: & īest: ergo de quo minus. Sed magis uidet̄ inesse: hoc ē magis incōgruū rōni uidetur esse: quod ex terra tantū nascat̄ uir: quēadmodū adā fuit: uel ex uiro tantū absq̧ muliere ut fuit eua: q̄ uir ex muliere sine humano semine oriatur: ergo magis arduū est atq̧ difficile creditu quod ex terra tantum homo sine homine nascatur: uel sine muliere mulier ex uiro tantum: quod tamen inest. Igitur & de quo minus inesse credi atq̧ dici potest: quod est: quod uir absq̧ uiro ex muliere nascat̄. Igitur diuinæ sapiētiæ atq̧ iusticiæ cōgruit atq̧ cōueniens fuit ut nasceret̄ uir ex muliere quādoq̧ sine uiro. Hic aūt uir iure atq̧ merito alius esse non pōt nisi uerus messiach: qppe qui quēadmodū schola iudaica asserit: & ut ueritas ē debet exaltari plusq̄ abraā: eleuari plusq̄ moses: & sublimari plusq̄ omnes angeli habetur huiusmodi ueritas apud iudæos super uerbo: ecce itelliget seruus meus exaltabit̄ eleuabit̄ & sublimis erit esaiæ. c. lii. Esaias:

Quod autem uir iste qui ex muliere absq̧ uiro nasci debuit fuerit messiach, pbe & accumulate daniel propheta a deo summo omnium institutore admonitus atq̧ edotus. c. secundo inquit. Daniel

Abscissus ē lapis de mōte sine manibus. Lapis iste est christus messiach ēt apd̄ iudæos: abscissus de mōte: hoc ē de stirpe regia uel sacerdotali: quæ mōs ob dignitatē & excellētiam dicitur. Sine manibus sine uirili semine uel opere scilicet natus ē. Et sequit̄ propheta. Factus est mōs magnus: quia christus messiach exaltari debet plusq̄ abraam: eleuari plusq̄ moses: sublimari plusq̄ oēs angeli: ut aiunt etiā iudæi atq̧ fatent̄ in sua glosa capituli. lii. esaiæ sup uerbo. Ecce intelliget seruus meus: quēadmodum paulo supius dictum ē. Et sequitur ulterius daniel: & īpleuit uniuersam terrā: hoc est dogmatibus suis religione atq̧ sacrificio. Hoc illud est quod a malachia. c. primo dicitur. Ab ortu enim solis usq̧ ad occasum magnū est nomen meū in gentibus & ī omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio mūda. Et psalmo. xviii. In oēm terrā exiuit sonus eorum. Hic etiam lapis ille est: quem ut scribitur psalmo. cxvii. reprobauerunt ædificātes: & factus est in caput anguli. Angulus enim ex duorum parietū coniunctione oritur. Itidem humanitati diuinitate cōiuncta natus est christus deus & homo: quem reprobauerūt ædificantes hoc est iudæo℞ principes atq̧ seniores: ad quos cū instruere populum attineret diuina lege atq̧ religione: ipsum tamen renuerunt & aspernati sunt. Et sequitur a domino factum ē istud. Quod uere deum solū decuit & nō hominē Et est mirabile in oculis nostris: mirabile utiq̧ quoniā humanā deus carnem assūpsit: & ex utero uirgineo natus ē: ut diuinus ille seruaret̄ ordo atq̧ pfectio illa fieret: quod sine uirili semīe quādoq̧ ex muliere nasceret̄ homo. Malachias Psalmus: Psalmus:

Quod mysterium iudæi spretis pphetis rōnibusq̧ cōtemptis: necnon cælesti ordine atq̧ diuina dispositione in rebus humanis minus pspecta nequaq̄ illud factum neq̧ faciendū sibi adhuc psuadere possunt. Volūtate igitur solū

miseri ipsi errant & in nos latrant ueros dei cultores : q circa ueritatem solũ
Turci. uersamur & q falsis uera praeferimus. Nõ occidendo ut turci faciunt omnes
atq; gẽtiles religionem nostram defendimus sed rõnibus conuincendo : non
saeuitia sed scripturarũ scientia: non uoluntate atq; priscorum superstitione
Iudaei (quẽadmodũ fit a iudaeis) sed ueritatẽ atq; cõgrua religione. Haec enim chri
Christiani stianorũ sunt: illa autẽ hominũ gentilium & perfidorum Veritatem solam se
quimur ostendimus atque docemus. Et inuitus nemo retinetur a nobis: quia
religio nostra libera est: uolentem amplectitur patitur que nolentem quoniã
diuinis tantũ se oblectat: suoque decore maxime se tuetur atque illustrat: Igi
tur incorruptibilem mercedem ab opifice suo accipiet: uiuet que ꝑpetuo ac
semper gaudebit. At iudaeis ueniet iniquis ipsis rabiosis atq; uoracibus mer
ces sua: qui beate uirginis tam uenerandum nomen turpiter improbant quã
Zona uocat iudaica spurcissima secta; cuius dictionis expositionẽ duxi fas
esse silentio praetermittere; quãdoquidẽ impudicis mulieribus nomẽ turpius
ascribi non possit. Hac itaque impietate perciti hoc tanto scelere exagitati
undique huiusmodi mysteri ueritatem percipere nõ possũt: & sic eorũ mens
tenebroso domicilio sepulta & a ueri fũdamẽto submota a cognitione ueri cul
tus se abdicat & prolabit' in ꝑditionem sui. Quibus erroribus tãdem apud
níum eqssimum iudicẽ sapiẽtissimum deũ qcqd effecerint inutile sibi & mi
nus ꝓfuturũ cognoscent. Sciant igitur ex hoc ipso q̃tum sit inter uerũ & fal
sum inter religionẽ nostrã & supstitionẽ suã: longe enim diuersa sunt & sibi i
uicem repugnãt: quorũ alterũ uitã aeterna beatitudine parat: alterum uero
mortẽ perpetuis cruciatibus pollicet'. Pergunt itaq; iudaei caeci. & irrationa
bili sensu: & rectũ uestigiũ securi itineris neq; uidẽt neq; animaduertũt iccir
co i laqueos ducunt' ꝑditionis aeternae: & q̃diu uixerint uoluit eos deus sub
aliena ditione atq; impio degere. Qua ultione miserrima adhuc neq; ad ue
rũ dei cultum excitati: neq; ad credendã ueritatẽ impulsi quam sacri codices
docẽt: quã ratio utiq; suadet: quaue mortales natura ipsa istruit: uolũt oino
Hieremias haeredes fieri nominis ac sceleris illoꝝ de qbus hieremie. c. xii. scribit'. Haere
ditatẽ acceperunt: & nõ eis proderit. Cõfundemini a fructibus uestris ꝓpter
Esaias irã furoris domini. Ideo clamat esaias. c. xxxiii. cõtra eos inqens. Cõcipietis
ardorẽ & parietis stipulã: spũs uester ut ignis uorabit uos. Iccirco sequit'. c.
lxv. Reddã & retribuã i sinu eorũ iniqtates uestras & iniqtates patrũ uestro
Ezechiel rũ simul: dicit dominus. De qbus et ezechielis. c. xxii. dicit'. Effudi sup eos
indignationẽ meã: & in igne irae meae cõsumpsi eos: uiam eorũ in caput eorũ
reddidi ait dominus deus. Quapropter nihil est aliud ad bene beateq; uiuẽ
dum: & ad perpetuã beatitudinẽ consequendã: q̃ dei q nos genuit cognitio
ac ipsius religiosus & pius cultus: a quo iudaei quoniã excedũt uerae religio
nis ueri dei cultores ẽẽ non possunt. Adhaereant ergo ueritati quã seqmur &
ad ipsam penitus accedãt. Iam enim se destitutos a deo cernunt undiq; pua

d

gantes: & ad ipsum se recipere non curãt. Et quoniã peruicaces sunt: rõ nulla apud eos ualet: iccirco non mireť qspiam si ueritas quæ nobis christianis facilis est & aperta illis grauis sit & obscura. Hac enim caligine circũfusi aduersus religionem nostrã magis scelerati efficiunť indies. Et elato supcilio & efferato animo in nos insurgũt & irruũt denegãtes tanq̃ impiũ atq; profanũ mysteriũ de quo certauimus tam dilucide a sanctis uatibus ostensum oibus atq; oblatum. Quod si recte & accurate sacros codices lectitare uoluerint: nõ eos qdẽ latebit diuinæ iusticiæ couenieñs extitisse atq; cõgruũ ut efficereť illud ac fieret omnino qđ ex muliere uir nasceret sine uiro. Nam queadmodum ex uiro mulier sine muliere orta est: ita ne impfectum ab auctore pfecto qcq̃ uidereť factum: ex muliere uirum sine uiro nasci necesse fuit. Fuit autẽ hic christus diuinũ unum suppositũ deus & homo natus ex uirgine illa: quæ ante partum & post partũ semper extitit uirgo: de qua canticorũ. c. iiii. dicitur. Tota pulchra es amica mea: & macula non est in te. Canticaȝ

Sed de hoc mysterio hactenus: ad secundum autem accedamus.

Capitulum secundum quod christus messiach natus ex uirgine eẽ debeat deus & homo.

S VMMVS Tandem omnium parẽs fragilitatis humanæ misertus filiũ suũ ueritatis doctorẽ misit e cœlo nasciq; eũ uoluit tanq̃ hoiem: sũmo patri tamẽ p oia similis ut existeret q absq; materno officio a solo deo semp fuit genitus & sine humano coitu uirgineo utero aliquando fuit pcreatus: fuit enĩ semp dei filius p naturam: hois uero p carnẽ factũ est unum suppositum christus deus & homo. Singularis nãq; atq; imensa i eo uirtus ex opibusq; opatus ẽ apparuit fragilitas uero ex ægritudinibus humanis & cruci affixione quã ptulit quem deum fuisse & hoiem religio nostra utiq; uera ac sancta fateť atq; tenet: quã ueritatẽ iudæi atq; mysteriũ nõ credũt: sed reiiciunt & aspnantur: stare hæc inqunt simul nõ posse finitũ & ifinitũ: æternũ & corruptibile: mortale & imortale: & idẽ eẽ deũ & hoiem: quẽ messiach dicitis siue christũ. pphætarum oium atq; sanctarũ lrarum codices accurate discutiẽtes nos iudæi nusq̃ legimus deus ut homo fieri debeat qđ nefas dicere: nõ solũ atq; pfanũ a nobis sed ẽt imaginari ducitur ut cuius principium atq; finis comprehendi non potest utrũq; adhibeať ei: hoc sana mẽs hominis nõ capit hoc ratio fugit natura que non patitur.

Arduũ uideť iudæis & pdifficile ad pbandũ quod summus ille magni olympi rector mũdiq; huius opifex impassibilis & imortalis carnẽ suscipere & pati & mortẽ subire uoluerit: naturãq; humanã atq; diuinã in uno cõstitisse supposito ideq; christũ fuisse deum & hoiem psuadere sibi ullo mõ nõ possunt.

Nō equidem miror hoc si iudæus animo cōcipere nō possit quādo eius & cogitatio omnis ac mens offusa tenebris inuoluitur erroribus: usu profecto rationis indigni sunt qui rationis uestigium nō sequuntur. Cuius uini quia ignorant iudei huiusmodi mysterium diuina iusticia ac ratione factum nesciunt iccirco nequeunt quicq̄ altū ingrere: neq; qs sit uerus dei cultus neq; quæ sit uera religio sciunt ideo in cæcas & stultas fallacias dillabunt: quorū errores quoniā maximi sunt coarguent a nobis diuinis testibus & rōnibus cōgruis: & spero quēadmodū aduenientibus solis radiis mūdus ubiq; explēdescit ac lucet: sic reseratis iudæorū erroribus diuinū hoc mysteriū christū deū fuisse & hoīem accumulate illustrabit a nobis apud illos. Asserūt ipsi icognita ueritate spratisq; diuinis uatibus messiach hoc ē christū (ut cæteri sūt) hoīem tātum eē passibilē atq; mortalē. At nos uerū fuisse hoīem uetunq; deū pphetis attestātibus dicimus tenemus & affirmāus circa qd' uirtus oīs uersat salusue

Micheas atq; btitudo. Ad quod si qs credēdū se difficilē rddiderit legat micheā. c. v.

Ve attah bethlehē efratah zair lihiot be alphe iehudah mimeah lizoze lihiot mosel be israēl uinozaotaf iniqedem mime holam.

Quæ uerba apud nos sonāt. Et tu bethleē ephrata puulus es i milibus iuda ex te mihi egredieť q sit domiator i israel: & egressus eius ab initio æternitatis

Ra. solo. Hæc ut dicant de messiach iudæi ificiari nō possūt quādo rabi solomō eorū doctor sup hæc uerba ex te mihi egredieť q sit domiator i israel dicit hūc eē regē messiach filiū dauid. Q. d' aut rex iste messiach hō eē debeat nullū pfecto iter christianos atq; iudæos certamē orit: sed ut idē deus sit ide nascitur difficultas oīs atq; dissidiū apud eos. Inepti quoniā ipsi sūt & ueri pphetarū sensus exptes mysteriū hoc tenere nō possūt q sanctorū uatū lrās si diligēter discuterēt extingueret undiq; tātus error & nefas omne. Docet hic ppheta quod diximus: inqt eni & egressus eius hoc ē messiach ab initio a dieb⁹ æternitatis. Intelligi nō pōt pptēr hoc qd' dicit ab initio initiū tpis: subiūgit rā q; a diebus æternitatis quod sine principio tēpus significat: sed tunc absque principio messiach fuit ut ait ppheta igitur semp fuit uel ut ita dixerim æternaliter fuit: sed nihil fuit æternaliter nisi deus: ergo messiach fuit deus. Ratio hæc qdē neq; simulata ē neq; obscura ueritas patet huiusmodi legentibus accurate: a quā iudæi lōgius quoniā recesserūt hoc tāto salutis munere se priuāt: & signis elatis ac cōcitatis equis itruūt exterminare conantes istiusmodi

Argu. pphetæ sniam & rōnes nrās: Aiūt eni. Mūdus anteq̄ a sūmo fabricaret opifice ab eo hæc septē cōdita extitisse: legē: penitētiā: gehēnā domū sanctuarii thronū glorie: ortū uoluptatis: & nomē messiach. Erāt hæc pfecto in mente

Respōsio ad ar. diuina perinde ac fuissent operē materiali effecta. q̄ plurimis rōibus argui

Micheas. hæc uanitas pōt: quā unico tamē argumēto soluā. Inqt eni micheas & tu bethleē effrata ex te mihi egredieť q sit domiator i israel & egressus eius ab initio a diebus æternitatis ex qbus duo ostēdunt egressus dominatoris q dicit

messiach: quorũ alter cũ dicit̃ ex te o bethleẽ egrediet̃ messiach dominator
ex quo humanitas ostẽdit̃: alter uero quãdo dicit̃ & egressus eius ab initio a
diebus æternitatis ex quo diuinitas demõstrat̃: nã ex bethleẽ egrediet ut hõ
& a diebus æternitatis egrediet̃ ut deus: hic sensus ꝓpheræ hic uerus intelle
ctus est. Voluit nẽpe deus pius atq; misericors ĩtelligẽdi huius diuini myste
rii hoiem (modo recta rõne munus hoc præcipuũ & excellẽs ꝑscrutari uelit)
nõ expertẽ fieri. Quod cæleste donũ & incogitatũ mysteriũ christum uideli
cet deũ eẽ & hoiem diuinæ iusticiæ æqssimũ fuit quãdo id fore ꝑ ꝓpheras to
tiẽs pollicitus fuit: ut ab hoibus quandoq; & uideri & amplecti posset: hoc
præ cæteris priuilegio atq; diuina uirtute messiach siue christũ dux uitæ oĩs
atq; iusticiæ uoluit decorari patũ eni dignitatis nũcio dei tali ac tanto foret
cui ãgeli cælesti beatitudĩe adequari nõ possũt: quod & itidẽ iudæi sentiũt:
si ante mũdi creationẽ solũ in mẽte diuina extitisset cum & cæteri hoĩes siue
boni siue mali ab ea præuisi & in ea semp habiti fuerint. Huiusmodi igit̃ ue
ritate cõcludi debet q ꝓpheta iste diuino afflatus spũ quoddã singulare atq;
præcipuũ messiach attribuere uoluit præter q in mẽte diuina fuerit: quæ et
quæq; creata sũt præuidit & ĩ se hũit: ex quo sane ꝑfecto atq; supsticiosũ fu
set a ꝓpheta dictũ si queadmodũ arguit iudæus ĩtelligeret. Nã (ut diximus)
& hoĩes & cætera quæcũq; pari hac cõditõe & priuilegio gaudẽt: qđ in mẽte
diuina semp cõcepta fuerint. Igit̃ dominatoris egressus q christus ẽ a diebus
æternitatis debet ĩtelligi qđ semp & absq; ullo tpis principio fuerit: q a pr̃e
semp ꝓcedit & egredit̃: ideo ibidẽ dicit̃ ab initio quia pater ẽ principiũ sibi
qppe q semp nascit̃ a pr̃e & semp natus ẽ: & hac dignitate hoc priuilegio at
q; excellẽtia insignitũ diuinus uares christũ uerũ messiach præ cæteris homi
nibus uoluit demõstrare ut domiatoris egressus alter humanus foret alter di
uinus: fieretq; unũ diuinũ suppositũ christus deus & hõ. Iccirco ꝓuerbiorũ
c. viii. scribit̃. Ante oẽs colles ego parturiebat adhuc terrã nõ fecerat & flu
mina & cardines orbis terre quãdo præparabat cœlos aderã & sequit̃ ĩfra cũ Salo. sapi.
eo erã cũcta cõponẽs hoc ẽ dei filius cũ pr̃e primus natus in cœlis sine mr̃e &
ĩ terris tãdẽ sine pr̃e: christus deus de pr̃e: christus hõ de mr̃e uerus messiach
cuius mysterium ueritatis multo ante a mose propheta iudæorum duce per
spectum est ĩmemor hoc est exodi. c. xxiii. sic scribitur. Moses
Apud nos. Ecce ego mittã angelũ meũ q præcedat te: & custodiat in uia: & in Exodi.
troducat ĩ locũ quẽ praparaui: obserua eũ & audi uocẽ eius: nec contẽnẽdũ
putes qa nõ dimittet cũ peccaueris: & ẽ nomẽ meũ in illo. Magnæ auctorita
tis & excellẽtis gratiæ quẽ se missurũ deus ꝓmittit eẽ debet: quãdo si contẽ
ptus ab aliquo fuerit eidẽ peccata nõ dimiserit. Cũq; oppositorũ sit discipli a eadẽ
na: cõcludit̃ necesse nũciũ ipsũ si honore si eadẽ obseruãtia qs ꝓsecutus fue
rit eidẽ facultatẽ hẽat dimittẽdi peccata. Quis iste ergo erit tãto dignus mu
nere tãta decoratus potestate? Quis iste inq̃ erit cælesti hac uirtute tã prædi

tus tam ornatus ut quod natura ſoli deo cõuenit illius particeps futurus ſit?
Alius q̄dem nõ erit niſi ille ſũmus omniũ fabricator & mundi rector deus oĩ
potens: cuius parcere peccata ꝓprium eſt: non q̄dem hominis nõ beatorum
ſpũum non angelicæ poteſtatis. Iccirco dicitur pſalmo. lxxxviii. qs enim in
nubibus æquabitur domino aut ſimilis erit inter filios dei? Prætetea quomo
do ſi deo nullus æquari põt: inq̄t deus nomẽ meũ eſt in illo? Q ui enim alicui
nõ æquat̃ natura non põt æquari & noĩe. Q d' aũt deus mẽtitus fuerit abſit
dabit̃ ergo qs qualis deus ẽ noĩe atq; natura. Fuit hic nãq; chriſtus meſſiach:
deus & hõ a deo patre miſſus ex qua miſſione recte angelus nũcupat̃: q & ſu
pet oẽs angelos eẽ debet ꝙ itidem ſentiunt iudæi ſup illud eſaiæ. c. lii. Ecce
Eſaias. intelliget ſeruus meus. Aberrare itaq; maxime dignoſcunt̃ q ueritate huiuſ
modi nõ diligẽter ab eis diſcuſſa ſecus fatent̃ atq; ſentiũt.
Q uod myſterium eſaias. c. xii. intelligẽs inq̄t. Cãtate domino quoniã magni
Eſaias fice fecit: annũciate hoc in uniuerſa terra: exulta & lauda habitatio ſyon q̄a
magnus ĩ medio tui ſanctus iſrael magnus inq̄t ſanctus iſrael: hoc ẽ magnus
dominus q oẽm populum ad ſe cõfugientẽ ſolus ſanctificat q fuit ĩ medio ſy
on in quo frequẽter chriſtus legis myſteria tanq̄ homo populum edocebat &
Eſaias. tanq̄ deus diuina operabat̃ miracula: ideo ꝓpheta eode. c. pauloante ait ec
ce deus ſaluator meus: in humanitate apparẽs ſcilicet q cũ deus eẽt mortali
tate indutus eſt ut ab hoĩe mortẽ abdicaret & fuit idẽ chriſtus deus & homo
Geneſis Scribit̃ nãq; geneſeos. c. xxviii. ꝙ prexit iacob aran accepta benedictione a
pr̃e. Cũq; poſt primã ueſperã quodã ĩ loco q̄ſceret uidit ĩ ſonis ſcalã ſtarẽ ſu
per terrã & cacumẽ illius tãgens cœlũ angelos quoq; dei aſcẽdẽtes & deſcẽdẽ
tes p eã & dominũ inixũ ſcalæ dicẽtẽ illi: ego ſũ dominus deus abraã patris
tui & deus iſaac. Scala eni unionẽ uel cõiunctionẽ ſignificat ex duobus nãq;
cõiungit̃ latetibus. p ipſam chriſtus ĩtelligit̃ unũ diuinum ſuppoſitũ quæ eſt
duorũ unio diuinitatis atq; humanitatis: & hoc illud ẽ cum dicit̃ ꝙ ipſa ſta
bat ſup terrã & eius cacumẽ cœlum tãgebat q̄a cõiuncta diuinitate humani
tati factũ eſt unũ diuinũ ſuppoſitũ chriſtus deus & hõ. A ſcẽdebãt quoq; per
eã angeli dei hoc ẽ nuncii ſcilicet orõnes ſupplices ſanctoꝝ patrũ q erant in
lymbo patentẽ ſuũ deũ piũ atq; munificũ obſecrãtes ut quẽ miſſurũ iãdiu ꝓ
Exodi miſerat redẽptorẽ mitteret: & clamabãt ut habet̃ exodi. c. iiii. mitte domine
Eſaias quẽ miſſurus es & illud ẽt quod ſcribit̃ eſaiæ. c. xxxxv. Rorate cœli deſuper
Pſalmus & nubes pluãt iuſtũ: aperiat̃ terra & germinet ſaluatorẽ ut det nobis auxiliũ
Zacharias de tribulatõe ut ſcribit̃ pſalmo. lviiii. tũcq; deſcendunt angeli dei nuncii ad
ipſos & aiũt quod zachariæ dicit̃. c. viiii. Exulta ſatis filia ſyon. Iubila filia
Malachias ieruſalem ecce rex tuus uenit iuſtus & ſaluator: ac ẽt quod a malachia ſcribit̃
c. iii. Ecce ego mittã angelũ meũ & præparabit uiã ante faciẽ meam: & ſtatĩ
ueniet ad templum ſuum dominator quem uos quæritis & angelus teſtamẽ
Dauid ti quẽ uos uultis dicit dominus exercituũ. Iccirco dauid patribus ipſis pſal

mo.xxvi.&.xxx.clamabat:expectate dominum uiriliter agite & confortet
cor uestrum omnes qui speratis in domino. Misit demum filium suū deus & Esaias
a tenebris extraxit eos & saluos fecit: & hoc est quod esaias ait.c.xviiii.cla-
mabunt enim ad dominū a facie tribulantis hoc est demonis & mittet eis sal
uatorē & pugnatorem qui liberet eos. Liberauit enim eos christus a diabo
lica potestate tanq̄ deus quia ipse semp deus fuit a patre & homo natus a ma
tre: quo mysterio etiam instruimur exodi.c.eodem.xxviii.ubi dicitur de ia Exodi
cob. Cūq̄ uenisset ad quēdā locū & uellet in eo requiescere post solis occubitū
tulit de lapidibus q iacebant & supponēs capiti suo dormiuit i eodem loco:
& infra sequtur: surgens ergo iacob mane tulit lapidem quem supposuerat ca
piti suo. Tres enim fuerunt lapides ut dicunt hebrei in glosa sua quos suppo
suit iacob capiti suo: & mane excitatus a sōno ipsorū triū unione facta unū
tātum lapidē inuenit. Voluit deus hac uisione hoc incarnationis mysterium
iacob patriarcham nō fugere: ut q̄ omnes intelligerēt in christo tria eē animā
corpus atq̄ deitatē: & hac trina unione efficeretur unum suppositum diui-
num christus deus & homo.

Nō latuit hoc zachariam pphetam.c.ii.q̄ ait. Fonni ue sinchi bat sion chi hi Zacharias
neni ba ue sachanti bethochech neum adonai ue isul goim rabbim el adonai
beiom hahu ue haiu li leham ue sachanti bethochech ue iadahte chi adonai
sebaoth selachani daich.

Quæ uerba apud nos sonāt: Lauda & lætare filia syon quia ecce ego uenio &
habitabo in medio tui ait dominus & applicabuntur gentes multæ ad domi
num in die illa & erunt mihi in populum & habitabo in medio tui & scies q̄
dominus exercituum misit me ad te. Ex quibus liquido constat q̄ summus ille
omnium rector deus omnipotens ad habitandū uenire debebat i medio isra
el: & q̄ dominus exercituum miserit eum & habitabo in medio tui ait domi
nus & scies quia dominus exercituum misit me ad te: nouum sane hoc est &
inauditum & cum legitur cuiusq̄ animus admiraretur hanc dei pietatem atq̄
munificentiam ut qui æternus est imensus & infinitus uelit cum fragilibus &
peccatoribus habitare & quē totus nō capit orbis dicat & hitabo i medio tui
o israel. Inqt postea qd̄ maiori admiratōe dignū ē: & scies q̄a dominus exer
cituū misit me ad te o israel: misit igit̄ dominus exercituū q̄ deus ē dominū
deū o imēsū diuinæ largitatis beneficiū: o munus singulare atq̄ præcipuū: o
admirāda dei liberalitas misit deus deū hoc ē pr̄ filiū unus deus una potētia
una diuinitas atq̄ natura q̄ semp natus ē de deo p̄re & assumpta humana cat
ne factus ē hō quādoq̄ de uirgine mr̄e habitauit tūc i israel ut hō deus filius
a deo p̄re missus q̄ fuit christus uerus hō uerusq̄ deus i quo duæ cōstiterūt na
turæ altera mortalis ut hō altera imortalis ut deus mortuus i fragilitate nr̄a:
uiuēs in uirtute sua cui angelicæ potestates seruiūt cuius nomē demones cō-
tremiscūt. Igit̄ cōcludi necesse ē quando propheta dicit & habitabo in me-
dio tui ait dominus & scies quia deus exercituū misit me ad te q̄ deus pater

unicum filiũ suũ miserit unigenitum ꝓprium atq̧ pfectum deum semper de deo mortalitate idutũ q in medio israel cũ hoibus habitauit: hic pculdubio christus fuit uerus messiach & deus & homo. Legatus & nuncius dei patris ut iusticia & pietate atq̧ uera religione homines iustrueret: qđ nõ potuisset si tantum homo extitisset: cũ hec & similia pręcipiens sit necesse maior ho/mine sit. ideoq̧ carne se iduit ut exẽpla uirtutis huiusmodi homini pręberet nõ tantũ uerbis sed factis atq̧ re ipsa. Vtq̧ desideriis carnis ac uoluptatibus edomitis edoceret mortales nõ necessitate peccatũ fieri sed ꝓposito ac uolũ tate: cũ peccatũ ĩ eo eãdẽ gerẽte carnẽ nullũ dominiũ habuerit. Rõ aũt hæc qua christus fuerit deus & homo: in talce huius capitis ẽt paulo clarius tra/ctabit a nobis uidebitur q̧ diuinæ rõni cõgruũ fuisse sicut nos ostẽdimus fa/ctũ. Igit cũ in tãtã prauitatẽ iudæi errorũ duces ĩciderint ut ueritatẽ ipsis a ꝓphetis traditã de christo tanq̃ pfanũ quoddã fugiãt & aspernenť flagirio/sa maiorꝫ suorꝫ opinione circũducti. Cũq̧ ueritatẽ atq̧ dei uerũ cultũ mgre/te oibus innatũ sit: cũ sibi absq̧ ulla rõne adimũt: quãdo ab aliis pecudũ mo te ducunť: & quomodo maiores illi quæ falsa amplexi sunt posteris tradide tũt: sic nos q uera diuinitus sequmuť nr̃is securiora relinqmus: nihilue desc/rit religio nr̃a quod ad salutẽ atq̧ beatitudinẽ uel accedat uel pficiat quã im primis adipisci nullus poterit nisi q fateať christũ fuisse deũ & hoiem: & hu iusmodi ueritatẽ hieremias propheta. c. xiiii. sic docuit.

Lãma tihich che get ba arem uehoreah natah lalum lãma tihich che ib mdhã che gibbor lo uichal lehosiah. Hoc est.

Quare quasi colonus futurus es ĩ terra & q̃si uiator declinãs ad manẽdũ: qua re futurus es quasi uir uagus & fortis q nõ põt saluare? Percipiť ex his uerbis facilius deũ quãdoq̧ debere humanã assũmere carnẽ & hoiem fieri: quod sa ne pfectũ ẽ atq̧ cõsumatũ: cũ deus ĩ similitudinẽ carnis factus aduenit: ut im mortali mortales uita donaret: & cũ hoies mortali hac uira priuarũt. Et qa satis humilis & abiectus apparuit ut ad deũ ipsũ humilitate uel sũmissione nos traheret: iudæi quoniã hoc munere ĩdigni erãt: reiecerũt eũ & ineũtes iu diciũ detestãdũ cruci affixerunt. Colonus iõ a ꝓpheta dictus ẽ qppe q de ter ra christus ut deus natus nõ fuit: & ut homo qa non diu cũ hoibus habitauit tanq̃ aduena fuit q & colonus diciť. Hac igiť rõne hieremias deũ mortalita te indutũ colonũ merito appellauit: & sequiť quasi uiator declinãs ad manẽ dũ qa christus nusq̃ ꝓprium uel stabile habuit domiciliũ: uagusq̧ isup uel ut hebræi dicũt pauidus & rectius meo iudicio a ꝓpheta diciť: quoniã nõ fuit

Esaias species ei neq̧ decor & uidimus eũ & non erat aspectus: ut esaias inqt. c. liii fortis tamẽ extitit ad oẽs contumelias ignominias lãgores & ægtitudines su stinendas: & demum in ligno crucis affigi & mori uoluit: ut hõ q morte cor/ rueraт: morte redimeretur. Et hoc illud est quod ab hieremia dicitur qui nõ potest saluare: quia dum pateretur uirtutem suã atq̧ fortitudinem quam in

humanitate gerebat iclusam noluit aliter ut fecit manifestare: sed facies eius
in dolore posita & in multa uexatione satis humilis sordida & informis ap/
paruit: hinc est quod audatiam tanti facinoris dedit iudæis ipsis patientia
eius & exciderunt a deo & deum non cognouerunt. Quod & perditionis
iter adhuc subsequntur & infidelitaris errore circunsepti tanq̃ serui inuti/
les & ignominiosi ad perpetuam captiuitatem redacti sunt: ideo scribitur
ab eodem propheta. c. xxiii. Veoazari hahalechem herpat holam uchlimaz Hieremias
holam asser lo zissacbach. qđ latine sonat. Dabo uos i opprobriũ sempiter
nũ & ignominiam æternam quæ nunq̃ obliuione delebitur.

Neq; hac oppressi aĩaduersione uel amplecti uel contẽplati uolũt hoc myste/
riũ: q si quando aures rõnibus præstarent: uerent ne suis corrigerent erori
bus & coacti ui rõnum succumberẽt quod nos fatemur: quodue didicimus Ezechiel
ab ezechiele. c. i. q ait. Et sup firmamentũ quod erat iminens capiti eorũ q̃/
si aspectus lapidis saphiri similitudo throni: & sup similitudinẽ throni simili
tudo quasi aspectus hominis desup. Habẽt iudæi & firmissime tenent quod
& nos christiani tenemus huiusmodi hõis aspectum eum esse qui sup omnes
est deus æternus deus omnipotens cuius nutu uel uoluntate animalia ibant
& reuertebãtur mouebantur uel quiescebant: ipse attamẽ uelut homo uisus
est: ex quo uoluit p uisionem istam deus q̃ro clarius res ipsa exigeret demon/
strare aliquãdo humanã carnẽ se susceptuiũ eẽ: q & cernẽdus foret quando/
que ueluti ea quæ oculis cerni possũt. Cuius mysterii munus atque ueritatis Daniel
donũ danieli etiam deus aperuit quando. c. vii. ait.

Hasschauet be hasue lailach ue haru him hanane semaia chebaz enasattah ha
uech ue had hattiq iomaia meta ue damochi hachre buhi ue le iehis scaltan
ue char umalchu chol ue hamemaia umaia uelischanaia leh islehun. Schalta
neh schatã holã di lo iehde ulmachute di lo titha bal. Aspiciebã ergo i uisio/
ne noctis & ecce cũ nubibus cœli qua filius hois ueniebat & usq; ad antiquũ
dierũ puenit: & i cõspectu eius obtuletũt eũ: & dedit ei potestatẽ & honorẽ
& regnũ: & oẽs populi & tribus & linguæ ipsi seruiẽt. ptãs eius ptãs æterna:
q̃ nõ auferet & regnũ eius quod nõ corrũpet. Quo⁊ uerbo⁊ sensũ si qs uel
recte uel accurate pcõtatus fuerit fateat necesse ẽ deũ quãdoq; assũpsisse na
turã hãc fragilẽ & ibecillẽ. Ecce inqt ppheta cũ nubibus cœli q̃si filius hois
ueniebat. Huic eni filio dedit ei deus potestatẽ honorẽ & regnũ. Regnũ hoc
nõ nisi cœlorũ regnum & potestas dei intelligi põt: dicitur nãq; potestas eius
potestas æterna quæ nõ auferetur: & regnum eius quod nõ corrumpet: æter
num etenim & icorruptibile (cũ oĩa quæ sub cœlo sunt fragilia sint & inania
atq; caduca & breui exterminanda tempore) ad uitam illam cælestẽ & æter/
nã ptinet quã regere soli deo cõuenit ex quo rex regũ dr & dominus domio⁊
& regnũ istđ nihilominus deus hois filio dedit queadmodũ dicit ezechiel & Daniel
usq; ad antiquũ dierũ puenit hoc ẽ ad deũ q dr antiquus dierũ: quoniã eius

origo atq̃ principium comprahendi nõ poteſt: qui ſemper & ſolus fuit. Et
ſequitur & dedit ei poteſtaté & honoré & regnũ & infra poteſtas eius pote-
ſtas æterna & regnũ eius quod non corrũpetur. igitur ſi ita eſt ſicuti eſt ut ait
prophera qđ data ſit poteſtas ætetna & regnũ æternũ hominis filio: igitut
hic filius ẽ q paradiſum tegit: ſed nullus regit paradiſum niſi deus igitur hic
filius hominis eſt deus. quo quidem munere & excellentia frui neminẽ decet
niſi chriſtũ uerũ meſſiach quippe qui ſuper omnes ãgelos eſſe debet ut dicũt
Eſaias etiã hebræi ſup uerbo ecce itelliget ſetuus meus eſaiæ. c. lii ergo meſſiach ho
mo eẽ debet atq̃ deus. Q uæ igiẽ iudæoꝝ amentia eſt atq̃ ꝑuicatia hæc quot
tidie legere his aſſidue incũbere & ueritaté huiuſmodi qua nos ꝓphetæ iſtu
Hieremias unt tam acertime impugnare: neq̃ mirũ cũ mẽdaces ſemp fuetint & ultro ſe
decipiãt: & alios fallere quæritenr de qbus hieremias. c. iii. Inqt uere mẽda-
ces etãt colles & multitudo mõtiũ: hoc eſt iudæotũ ſeniores ac principes. Et
Treni: trenoꝝ. c. iiii. lubricauerũt ueſtigia noſtra in itinere plateatũ noſtrerũ hoc ẽ
in ſenſũ lr̃atum ſanctarũ nõ fitmiter inceſſimus ſed tãq̃ deliti ꝑuagati ſumus
& a uetitate diuertimus.

Argu: iudæ: Q ua quidem auctoritate iudæi adhuc non contenti iuſurgunt & obiectare
nobis non deſinunt non perquirendæ ueritatis ſtudio: ſed fallendi ſeipſos
ſuſtenrate conãres errotes ſuos. Inquiunt enim ſcribitur in libro geneſeos.
Geneſis c. xviii. ꝙ abraæ tres apparuerint angeli michael gabriel atq̃ raphael tan-
q̃ homines ſtantes penes eum q tamen humanã nõ aſſnmpſerũt carnẽ. Itidẽ
habeẽ ĩ libro iudicũ. c. xiii. humana effigie uxoté manue mulierem ſtetilem
angelũ allocutũ fuiſſe prædixiſſeq̃ ipſam filiũ pariturã: turſuſq̃ eadẽ facie
manue apparuiſſe angelũ dei: & ſic frequẽtius angelicos ſpũs in ſactis litte-
ris tanq̃ hoĩes hoĩbus ſe demõſtraſſe. Hoc itaq̃ modo filius hominis quẽ ui-
Daniel dit ezechiel aut angelus aut deus ipſe uel dici uel ĩtelligi põt q attamẽ motta
li hac natura nõ ſe induit ideo cõeludi nõ debet ꝙ deus homo factus ſit & ꝙ
unum diuinũ ſuppoſitum ſcilicet chtiſtus ſit deus & homo.

Re. ad argu: Caderẽ ipſe animis ꝓfecto aſſerẽtẽ hoc iudæũ audiẽs ſi cõgruẽtes ĩ unũ ꝓphæ
tarũ uoces atq̃ uaticinia nõ demõſtrarẽt qđ diximus ueritate fulciri: iccitco
errore ĩplieiti mirati nõ licet ſi ſe ignorãtia iudæi tedarguãt & quo gradiant
tanq̃ cæci neſciant & cũ demẽtes ſint ꝓphetatũ ſenſũ ꝓfecto nullo mõ cape
poſſũt. At nos eruditi a deo & illũinati q nũciũ eius doctoté nr̃m cœlo emiſ
ſũ ſuſcipimus & ueneramut ſanctoꝝ uarũ dicta metimut adeo ſtudioſe ac di
ligẽtet ꝙ ulla ui atq̃ neceſſitate falli nõ poſſumus. Iudæus quoniã a uero diſ
Daniel. ceſſit auctoritatẽ danielis rurſus exponẽdã duximus ut ſi fieri poterit ab et-
roribus ſemotus uerirati faueat & accedat: nõ aiaduertit qđ a ꝓpheta dr̃. ec
ce inqt daniel cũ nubibus cœli q̃ſi filius hoĩs ueniebat q̃ro a iudæo ad quẽ fi
lius hoĩs ueniebat: reſpõdeat neceſſe ẽ ad antiquũ dierũ: ſed alius ẽ q uenit:
alius ad quẽ uenitur: aliter ꝓpheta mendax diceret & fatuus: ſed antiquus

dictum dicit deus quod idē iudæi sentiūt: ad quem hominis filius oblatus ē igit duo sunt quod si aliter eēt idem foræt q & ad quē offert: quæ res sanæ menti incōgrua est & ueritati obstat: duo ergo sunt atq; diuersi: qbus tamen (ut patet p textus auctoritatem) eadē iest porestas æterna honor atq; regnū quod nō corrumpet: quæ qdem (ut rei ueritas est) uni naturaliter cōueniunt tantū & nō pluribus q deus solus & unicus est. At hi de qbus loquit daniel i psonis duo sunt deus & hoīs filius cui regnū datū est atq; potestas æterna deus inq̄ deus pater ē: & filius hoīs filius ēt dei ē: duo i psonis ut diximus unus aūt in substantia ut ita dixerim: & in essentia potestate honore atq; regimine quod mysterii arcanū quod præcipuū sacramētū danieli uoluit deus ostēdere ac demōstrare. quod dei filius scilicet q natura idē est quod pater unus deus & dominus oium carnē quādoq; humanā suscepturus eēt. q quoniā id factum est christus ipse fuit deus & homo quē prisci illi patres futurū messiach tātopere cupierunt. Quod aūt huiusmodi filius hominis angelus nōn fuerit (ut iudæus dicere & affirmare uidet: p ea quæ adduximus satis supq; patet: q nimo p id quod a ppheta dicit: & oēs populi tribus & linguæ ipsi seruient cū solus ipse deus sit cui uel suū est uel pprium ut ab oibus seruiat. Constat igitur quod ipse filius hoīs debeat eē deus. Et quæ diximus quoniam adhuc nō credūtur a iudæis qbus merito credere debuerunt redarguā ipsos atq; reuincam testimoniis atq; rōnibus sacrarum scripturarum.

Veniat Zacharias .c.xii. q ait ue safachti al bet dauid ue al iosue ierusalaim ruach hen ueta hanumī ue hibbitu elai & asser daeharu q̄ uerba latine sonāt Zacharias
Et effundā sup domū dauid & super habitatores ierusalē spūm gratiæ & precum & aspicient ad me quē cōfixerunt: hæc uerba nullus dubitat eē dei uiuentis ac cōditoris oium quādo supius scribitur: dixit dominus extendens cœlū & fundens terram & fingēs spūm hominis in eo: cūque spūm gratiæ effundere nullius sit nisi dei ut habet psalmo. lxxxiii. gratiam & gloriam dabit dominus & ecclesiastici. xxiiii. in me oīs gratia uitæ & ueritatis: & danielis. c. primo dedit autē deus danieli grām & misericordiā in conspectu principis. Igit loqtur hic deus & qd ait: aspicieēt inquit ad me quē cōfixerūt. Quibus uerbis necessario concluditur qui gratiam infundit qui deus est quod aliquādo transfixurus sit: quod quidem tantæ maiæstati atque potentiæ competere nullo modo posset nisi per assumptionem carnis humanæ: quod actum ē atq; perfectum quando christi pectus sæuissimus ille lancea in cruce trāsfixit qua mortalitate suscepta dictus ē christus diuinum unum suppositum deus & homo uerus messiach: de quo ppheta hic locutus est ut inqt etiā rabi solomon huiuscemodi uerba exponēs insup in libro iudieū ordinariorūt q apud iudæos appellat seeffer senhedri guazit itidē hoc habet esaias præterea hoc attestatur mysterium: necnon hanc ueritatem confirmat. c. liii.
Me hofer umi mispat luqah ue et doro mi reso cheah. Apud nos

Psalmus
Ecclesiasticus
Daniel
Ra. solo.
Esaias.

de angustia & iudicio ablatus est: generationem eius quis enarrabit? docto-
res hebræi oēs capitulum istud ad christū messiach referri autumāt præter so-
lomonē qui uelut imprudēs ac furiosus dum se ad sydera falsis dogmatibus
efferre studuit in uana comēticia delapsus aduersatus est hoc in loco præser-
tim nō esaiæ solum sed cæteris ordinis sui: uult ipse ineptus atq; lasciuus qc-
quid hoc in capite ꝓpheta dixerit populo iudaico penitus accōmodari: q et
firmo corde retineant ad hunc usq; diem siue in charta siue in membrana scribunt: quam in arundine positam locant in superiori limine ostii sui: ut igredietes ipsi & exeuntes mandatum dei huiusmodi recordentur. Vident enim iudæi ipsi præceptum istud quotidie atq; reminiscuntur sed opere atq; facto minime complent. Iccirco p malachiam loquit deus. c. ii. Si nolueritis audire: & si nolueritis ponere sup cor ut detis gloriã nomini meo ait domius exercituũ mittam in uos egestatem & maledicam benedictionibus uestris: & maledicam illis quoniam non posuistis sup cor. Ecce ego piiciam uobis brachium & dispergam sup uultum uestrum stercus soléniratum uestrarum. Id autẽ si iudæis acciderit sentiunt ipsi & neminem fugit. Et sequitur hieremias. Et non docebit ultra uir proximum suum & uir frarrẽ suũ dicens cognosce dominum: omnes enim cognoscent me a minimo usq; ad maximum ait domius quod religione nostra incepta factum est: nam reiecta idolatria omnis prorsus extitit atq; extincta christi aduentu: & professi sunt homines ubiq; unicũ deum cœlorum opificem atq; mundi rectorem. Et eodem. c. sequitur pphæta si defecerint leges istæ coram me dicit dominus; tunc & semen israel deficiet: hoc est si hoc fœdus nouũ & institutiones nouas a christo messiach exhibitas iudæi recipere noluerint: eorum semen inqt deus coram me deficiet ut non sit gens coram me cunctis diebus gens scilicet sancta atq; sacerdotalis: quẽadmodum dixerat deus exodi. c. xviiii. mea est omnis terra & uos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta. Cõtra quã esaias. c. primo istud ipsum præuidens clamitat. Ve genti peccatrici populo graui iniquitate semini neq̃ filiis sceleratis: dereliquerũt dominũ hoc est christũ blasfemauerũt sãctum israel hoc ẽ fœdus nouũ israel populo traditũ: abalienati sunt retrorsũ a fide atq; religione christi scilicet. Ideo sequit pheta iste ne offeratis ultra sacrificiũ frustra icensum abominatio ẽ mihi neomeniã & sabbatũ & festiuitates alias non ferã: iniq sunt cætus uestri calẽdas uestras & solẽnitates uras odiuit anima mea & facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens & cũ extenderitis manus uestras auertã oculos meos a uobis & cũ multiplicaueritis orõnem nõ exaudiã: manus enĩ uestræ plenæ sunt sanguine. Hoc ait esaias quoniam spiritu sancto circũmunitus uidebat iudæos non solũ ppheras sed etiã christũ messiach quandoq; interfecturos eẽ. Iccirco paulo superius dixit iniqui sunt cætus uestri: hi enim cætus seniores populi atque principes sacerdotũ extiterũt q eũ dignũ morte turpissima iudicarũt: de q̃ i meditatiõibꝰ nrĩs & de iudæoꝝ ipietate ueritati iterus attigi atq; tractaui. Iõ de hoc hactenus

Iudæus nãque quoniam fœdus nouũ legem nouam diximus significare uolẽs superstitiones suas a maioribus suis traditas tueri ac sustẽtare irruit i nos: & ait a ueritate lõge semota est hæc eruditio quæ traditur a christianis hebræi quidem in gymnasiis suis atq; synagogis uerirati fauentes erudiũt puerulos suos berit dictionem hebræam confirmatiõem significare: quam ueritatem

Exodi.
Esaias.
Ar. iudæ.
Berit

sequuntur qui de litteris hebræis benemeriti sunt.

Re: ad at. Ego sane satis miror iudæorũ imperitiam atq; temeritatẽ quos dictionũ suarum propriam atque potestatem inficiari atque denegare non pudeat quod execrabile ad modum est atque perniciosum. Quapropter necesse est ꝙ rem istã a deo enucleemus adeo declaremus ut detectis iudæorũ erroribꝰ a recto itinere eos deuios & a ueritate alienos cæteri omnes penitus cognoscant: intelligantq; id solum seq debere quod sctõrũ prophetarũ oracula admonent quodue christiana religio ipsa docet. Et ut oẽs exploratũ hẽant berit apd' hebræos legẽ significare. Legant adeuori hoc est deuteronomii .c. viiii. uahihi

Deuteronomii. michech arbaim iom uearbaim lila nasan adonai helai het ssene luchos ahevani luchos berit: quæ apud latinos sonant. Cũq; transissent quadraginta dies & totidem noctes dedit mihi dominus duas tabulas lapideas tabulas fæderis. Quæritur enim a iudæis: tabulæ ipsæ quas mosi dedit dominus in q

Exodi. bus erant decem præcepta scripta digito dei ut habetur exodi. c. xxxi. nonne fuerunt tabulæ legis: quod si ita est sicuti est quo animo qua fronte audẽt impudẽtissimi iudæi ꝓmere berit nullo modo legẽ significare: ratio ꝓfecto per se stat & res ipsa de se testimonium affert ꝙ berit legem significet. Diuina enim lex quæ mosi a deo data est non erat anteꝗ deus ipsam daret: hæc quidem ueritas omnibus patet. Igitur cum dicitur dedit mihi dominus duas tabulas lapideas tabulas fæderis omni ratione dici potest ꝙ ipsa dictio fædus quæ a iudæis dicitur berit confirmationem non significet: cum rei quæ non est confirmatio ulla dari non possit. Vt aũt ueritas hæc quam sequimur nec non & iudæorum falsitas neminem fugiat. Legant ssemot hoc est exodi. c. x

Exodi. xxi. deditq; mosi dominus completis huiuscemodi sermonibus i mõte synai duas tabulas testimonii in manu sua scriptas digito dei & i eodem. xxxii. c. Et reuersus est moses de monte portans duas tabulas testimonii in manu sua scriptas ex utraque parte & factas opere domini: ubi enim nos legimus tabulas testimonii: quis est adeo imperitus adeo indoctus atque insanus: qui non intelligat non affirmet ibi tabulas testimonii significare tabulas legis: Sed in eodem loco a iudæis etiam legitur luchos berit quæ dictiones legis tabulas significant igitur legem berit proculdubio sonat atque significat.

Exodi. Habemus hoc etiã exodi. c. xxxiiii. uoiamar adonai el mose chesob lecha het hadeuarim hahele chi al pi hadeuarim hahele charati itecha berit uhet israel uahihi sam im adonai mose arbaim iom uerarbaim lailo lehem lo achal humai lo sasa uaichtob al haulochos het diuere haberit esseres. Hoc ẽ apd' nos Dixitque dominus ad mosem scribe tibi uerba hæc: quibus & tecum & cũ israel pepegi fædus. Stetit ibi cum domino moses quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non comedit & aquam non bibit: & scripsit in tabulis uerba fæderis decẽ. Istæ enĩ tres dictões: uerba fæderis decẽ ꝓferũt ab hebræis diuere haberit esseres ꝗ nõ aliud significãt nisi decẽ legis præcepta

a deo mosi dedita. Nec obstat q de secundis tabulis ista dicantur quæ forte dici possunt ad confirmationem priorum. Nam uerba quæ fuerunt in secundis: eadem fuerũt in primis. Scribit̃ enĩ hæc ueritas ĩ principio capituli huiusmodi: Præcide ait tibi duas tabulas lapideas instar priorũ & scribam sup eas uerba quæ habuerũt tabulæ quas fregisti: sed tabulæ quas fregit moses fuerũt tabulæ primæ ĩ qbus erãt scripta decẽ legis præcepta: igit̃ & eadẽ in secũdis: hoc plane cuiq; patet recta pficiscẽti. Poster hic nõ imerito uit ingenio præditus quæritare. Cur deus ĩ principio huius capituli se scripturum sup eas tabulas dixerit: & postea ĩ eodẽ dicat mosi: scribe tibi uerba hæc quibus & tecũ & cũ israel pepegi fœdus: Hæc aũt quæstio cũ ad tẽ nostrã ipræsentiarũ nõ ptineat: ut si mihi cẽã relinq̃re curiosis atq; studiosissimis lrarũ: ut iter se discepta̅tes demũ suo labore atq; igenio uerã solutionem acqrant.

Et quoniam supius diximus p illustrãda ueritate ppositi nostri: q diuina lex mosi a deo data nõ erat anteq̃ deus ipsam daret ĩ tabulis. Iudæus q undique ac semp quæritat uim ueritatis offendere me aggrediẽs inqt exodi.c.xviiii. scribit̃. Si ergo audieritis uocẽ meã: & custodieritis pactũ meũ eritis mihi ĩ peculiũ de cũctis populi: & ĩ sequẽti.c. declarat pactũ istud eẽ decẽ illa præcepta scilicet quæ fuerũt scripta postea ĩ tabulis. Vnde ipse duobus dogmatibus instruor alterũ ẽq; moses anteq̃ mãdata illa decẽ ĩ tabulis accepisset il la uerbo tãtũ a domino data fuerint. Ex quo clarũ oibus ẽ q illa præcepta ĩ tabulis scripta fuerint illorũ cõfirmatio præceprorũ: quæ uoce prius a domio data sunt. Alterũ uero q oẽs illæ auctoritates aduersus sniam meã a te deductæ tuent̃ atq; cõfirmãt ueritatem quam diximus dictionẽ istam berit cõfirmationem significare: nam pactũ quod nos iudæi dicimus berit uos autẽ le gẽm in tabulis scriptum cõfirmauit illud a deo antea uoce exhibitum. Constat igitur q unũ sit confirmatio alterius. Iccirco hebræi nostri recte sentiũt berit cõfirmationem significare nõ legem. Iudæus adhuc uagus atque delirus hæc lectitans non intelligit sequẽs maiorũ suorum uestigia: opprimit enim oculos suos ne lumen uideat: ambulat solum in sensum improbum atq; malignum: & ineptias ab antiquis suis traditas pertinaciter tueri atque defendere perseuerat: quales sint tanta est apud eum auctoritas antiquitatis suæ q inquirere aduersus eam nefas atque profanum existimat: & circũuentus hac opinione per tenebras continuas diuagatur: cuius mali peruicacia fons est quæ oritur ex contemptu solidæ atque firmissime ueritatis. Duo nanque iudæus ait primum q anteq̃ in tabulis moses pactum acciperet: illud adeo datum uoce prius fuerit: ut scribitur exodi. xviiii. capitulo. Ad quod respõdetur q illud quod dicitur exodi.c.xviiii. si ergo audieritis uocẽ meã & custodieritis pactũ meũ erat pmissio qdã de lege futura dãda iudaico populo a domio ĩ mõte oreb quoniã ibi nõ exprimit̃ præceptũ aliqd quẽadmodũ expressũ fuit postea a domio iccirco loq̃t deus ĩ tpe futuro dicẽs si audieritis

At. iudæ.
Exodi.
Re. ad aũ
Exodi

uocem meam & custodieritis pactũ meum: Et quæ instituta siue præcepta i
Exodi. tell gi debeant p ea quæ scribunt in eodem. c. xviiii. exodi: quando dicit si
ergo audieritis uocem meã & custodieritis pactum meum: sequens capituli
declarat ubi dicit nõ habebis deos alienos: non facies tibi sculptile & sic de
aliis quæ qdem omnia sunt eadem: quæ a deo in tabulis scripta fuerũt: ut cõ
stat oibus hæc scrutantibus accurate. Igit si unũ & idem fuerit lex illa de q
dicit exodi. xx. c. & illa de qua scribitur eiusdem. c. xxxi. & . xxxii. recte di
Exodi. ci nõ põt q una præcedat alterã cũ nihil seipsum anteire possit. Et licet pa
Exodi. ctum quod dicit. xviiii. exodi uoce præcesserit pactũ uel testimoniũ i tabu
lis a domino traditum: unicũ tamẽ & idem est solũ & singulare: licet promis
sio unius fuerit effectus alterius: quod qdem ueritati quã diximus non repu
gnat. Ad alterũ uero quod inqt iudæus auctoritates cõtra cũ a me exhibita
cõfirmare sentẽtiam suã berit scilicet cõfirmationẽ significare & nõ legẽ arbi
tror p ea quæ supius attigi accumulatius respõdisse. Attamẽ si curiosius q
qdem mihi ac cæteris q de sacris litteris benemeriti sunt profanum quodam
modo existimo discutere uelimus esto: q dictio illa pactũ siue fœdus uel testi
Exodi. monium de qua dicit. c. xxxi. & . xxxii. exodi cõfirmatio legis cũ ibidẽ de le
ge & non de alia re tractet dici possit & nõ lex: quæro cuius legis? respõdeat
iudæus necesse ẽ legis de qua dicit exodi. c. xx. ubi legimus nõ habebis deos
alienos: nõ facies tibi sculptile &c. uel exodi. c. xviiii. ubi scribit si audieri
tis uocem meã & custodieritis pactum meũ: quæro ẽt hæc dictio pactum de
qua dicit in. xviiii. c. quæ apud iudæum ut dicit ipse cõfirmationem signifi
cat cuius legis cõfirmatio est? cum respõdere etiã oportet si se tueri uelint at
q falsitatẽ suã defendere cum ad locũ aliũ pfugium nõ habeat legis de q scri
Genesços. bitur genesços. c. viiii. ego statuam pactum meũ uobiscum: loquitur enim
deus noe & filiis eius uel respondeat de qua scribit etiã genesços. c. xvii. quã
deus abraæ se daturũ promisit: ponãq fœdus meum inter me & te: & paulo
post sequit: ego sum & ponam pactum meũ tecum: tunc quæro etiã hoc fœ
dus siue pactum quod se daturũ deus promittit abraæ atq noe q ut dicit iu
dæus cõfirmationẽ sonat cuius legis uel saltẽ cuius rei confirmatio erit? aut
dicat se nescire omnino necesse est quẽadmodũ rei ueritas est cum antea non
habeant in sacris litteris termini illi fœdus siue pactum aut alicuius legis uel
rei confirmationẽ eẽ ostendat: quod ab eo nullo modo ostendi põt q tamen
si ab eo ostẽdi posset: necesse foret ut de alio etiã ostenderet & hoc modo at
q successione ista pcessus in infinitũ fieret: quod incongruum qdem est atq
incõueniens. His itaq auctoritatibus atq rõnibus adductis uel doctus uel i
Pactum peritus qlibet cogit ad quod diximus affirmandũ dictiones istas pactũ atq
Fœdus fœdus quas dicunt iudæi berit: legẽ significare omnino in capitulis superius
Testimo- adductis. Sũt nãq dictiones istæ pactũ fœdus atq testimoniũ in sacris litte
nium. ris tam penes iudæos q christianos frequẽtius idem significantes: patet hoc

genescos.c.viiii. Ecce ego statuam pactum meum uobiscum & cum semine uestro post uos: & infra statuam pactũ meum uobiscum: nequaq̃ ultra interficietur omnis caro aquis diluuii. Et idem.c.xvii. Tu ergo custodies pactũ meum & semen tuum post te: & paulo supius ego sum & ponam pactũ meũ tecum. Et deuteronomii.c.viiii. ubi moses loquit̃ ad populũ. In oreb ꝓuocasti deum: & iratus delere te uoluit quãdo ascendi in montẽ ut acciperẽ duas tabulas pacti. Necnõ & hieremias.c.xi. Audite uerba pacti huius & facite illa. Et infra & induxi sup eos oĩa uerba pacti huius: quod præcepi ut facerent & nõ fecerunt. Et ezechiel.c.xxxxiiii. dissoluistis pactũ meũ in oĩbus sceleribus uestris. Itẽ oseæ.c.vi: ipsi aũt sicut adã transgressi sunt pactũ. Et genescos.c.viiii. de hac dictione fædus sic scribit̃. Circũcidetis carnẽ præputii uestri ut sit in signũ fœderis inter me & uos. Et deuteronomii.c.viiii. Cũq; de monte ardẽte descẽderem & duas tabulas fœderis utraq; tenerẽ manu &c. necnõ &.c.xxviiii. hæc sunt uerba fœderis quod præcepit dominus mosi. De dictione hac testimoniũ scribit̃ exodi.c.xxxi. Deditq; mihi dominus completis huiuscemodi sermonibus in mõte synai duas tabulas testimonii. Et in eodẽ.xxxii.c. Et reuersus ẽ moses de monte portãs duas tabulas testimonii in manu sua. Q uos terminos excepta hac testimonium dictõe hieremias in auctoritate sua.c.xxxi. quã supius ꝓ ueritatis sustẽtatione adduximus legẽ significantes dillucide ostendit: primo nãq; dicit. Feriã domui israel & domui iuda fædus nouũ. Q uid sit istud fædus nouũ sequit̃ declarans: non secũdũ pactũ quod pepegi cum patribus uestris. Sed hoc erit pactum quod feriã cũ domo israel: post dies illos dicit dominus dabo legẽ meã in uisceribus eoꝝ: & in corde eoꝝ scribã eam. Ex qbus uerbis recte colligit̃ ꝙ pactum quod pepegit deus cũ iudæoꝝ patribus fuerit lex ab eo data mosi in monte oreb quinquagesimo die ab exitu captiuitatis suæ de egypto. Ideo sequtur hieremias dicens non secũdũ pactũ quod pepegi cum patribus uestris in die qua apræhendi manum eoꝝ ut educerẽ eos de terra egypti: hoc ẽ nõ secũdum legẽ quam pepegi cũ pr̃ibus uestris in monte oreb. Et sequit̃ postea declarans quod pactũ nouũ daturus sit deus: inqt enim dabo legẽ meã in uiscetibus eoꝝ & in corde eoꝝ scribam eam. Ex qbus aperte constat ꝙ in hoc loco apud hieremiam & in oĩbus auctoritatibus de qbus supra locuti sumus legẽ dictiones ille pactũ atq; fædus penitus significent: tam et si lex thora nomen hebræum ab hebræis etiã nuncupetur. Patet igitur ꝙ sũmus ille arbiter deus indulgẽtissimus imperator ac iudex multis annis anteq̃ christum messiach filium suũ e cœlo ad nostrã fragilitatem suscipiendã mitteret per eũ nouam legẽ atq; religionem hoĩbus afferre statuisset. Q uod iudæus diuinæ uoluntatis mysteriũ suo more atq; insolẽtia siue temeritate respuit & aspernat̃. Q uæ prauitas q̃ta sit ꝑ thalmutistas suos facile cõpræhendi põt. Legãt iudæi sup illud canticoꝝ.c.i. osculetur me osculo oris sui: glosam rabi iuda uel iczhak

Geneseos

Geneseos

Deuteronomii.

Exodi.

Canticoꝝ

Glosa rabi iudæ

ngda ubi exponitur. quod hebræi audiētes deū affetentem mosi duo prima legis præcepta adeo intenti ora tenuerunt qđ ea nunq̄ potuerint obliuisci: cæterū uoce dei pteriti: atq; micantium fulgorum pauore concussi dixerunt mosi. Loquere tu nobis & audiemus non loquatur nobis dominus ne forte

Exodi: moriamur: queadmodum dicitur exodi. c. xx. qui cum cæteris mandatis instruerentur a mose obliuiscebantur ea cōtinuo: & inter se huiusmōi cām obliuionis disceptantes fragilitati mosi defectū huiusmōi ascribebant ad quem teuersi denuo dixerunt: o utinam deus nobis rursus se ostenderet atq; osculatetur nos osculo otis sui: ut in cordibus nostris doctrinam eius fixā collocare

Hieremias possimus: quibus inquit moses. Id namq; impresentiarum effici non potest: fiet autem messiach tempore. Scriptū est enim hieremiæ. c. xxxi. dabo legē meam in uisceribus eorum & in cordibus eorum scribā eam. Ex his nāq; ap

Esaias, te constat q rabi iste sentiat quod nos fatemur deum quandoq; nouam legē uoluisse per messiach hominibus afferre Q uam ueritatē etiam esaias. c. primo quosciq; docet. Q uo mihi multitudinē uictimarū uestrarū dicit dominus: plenus sum holocausta arietum & adipem pinguium & sanguinē uitulorum

Malachias & hircorum nolui: & infra ne offeratis sacrificiū frustra. Cuius diuinæ uoluntatis etiam malachias. c. primo inquit Non est mihi uoluntas in uobis dicit dominus exercituū: & munus nō suscipiam de manu uestra: & sequitur & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Ideo a dauid

Psalmus antea predictum est. psalmo. xxxxviiii. nō accipiā de domo tua uitulos neq; de gregibus tuis hircos: & infra nunquid manducabo carnes taurorū aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificia laudis & redde altissimo uota tua. Ex quibus prophetarū oraculis duo cōcipimus qđ deus nolit ulterius de animalibus sacrificia fieri: quæ lege mosi multis ānis ante sancita fuerant. Alterum uero qđ per totum orbem deus ipse summus oium institutor sacrificia uelit non hircorum aut arietum sanguine infecta sed munda utiq; atq; nitida effici: quare instruimur pfecto cum ritus antiquos ac ueteres cultus deus reiiecerit & nouos eligat atq; uelit: ipsū decreuisse oino legem nouā esse hominibus allaturū. Non exiguo igitur iudæi falluntur errore & inepte & arroganter faciunt qui ab ipsa quā sequi afferunt ueritate discedūt: inepti enim sunt atq; inanes qui quo tendunt nesciunt & quod faciunt perit.

Dauid Dauid insuper psalmo. viiii. inquit: Constitue domine legislatorem super eos ut sciant gentes quoniam homines sunt. Non oportebat uatē quidē diuinū precario perere: si mosi lex continuis temporibus obseruanda foret ut legislatorem super homines constitueret deus. At is quoniā sancto circūmunitus spiritu itelligebat messiach nouam exhibiturum legem hominibus: iccirco datorem legis messiach uidēdi percupidus mittendū ad homines de ū rogat.

Ra. solo. Q đ autem psalmus hic de christo messiach intelligi debeat testis est. Rabi solomō cuius doctrinā iudæi omnes plurimi faciūt: qui in huiusmōi psalmi

inſcriptione inquit dauid ſpiritu ſancto afflatũ prædidiſſe iuuenes iſrael for tes atque magnanimos a romanis multa ſeruitute opprimẽdos: qui randem licet nõ idẽ numero meſſiach tẽpore: cum iudæorum ea tẽpeſtate (ut ait ille) totus terrarum orbis ditioni atq; impio ſe ſubiecerit libertate priſtina dona buntur. In huiuſmodi enim ſententia cum falſitatis multum appareat: ueri tas tamen inſeritur de chriſto meſſiach pſalmum iſtum dici & affirmari.

Neq; huiuſcemodi ueritatis pro qua cũ iudæis certamus eſaias expers extitit: q. c. ii. ait. Lechu ue nabaleh el har adonai ue el bet eloe iahacob ue ioremiu miderachaf ue nelchach be horotaf chi miſiõ teſſe thorah udbat adonai mi ruſhalaim. Q uæ uerba latinæ dicimus. Eſaias

Venite & aſcendamus ad montem domini & ad domum dei iacob & docebit nos uias ſuas & ambulabimus in ſemitis eius: quia de ſyõ exibit lex: & uerbũ domini de ieruſalẽ. De ſyon inquit exibit lex. nõ quidẽ uetus illa & antiqua quæ a moſe data eſt: quæ multis annis ante exiuit de m õte oreb. Ait enim de ſyon exibit lex quæ autẽ lex de ſyon exiuerit: nõ alia quidẽ niſi quã chriſtus benedictus uerus meſſiach ibi prædicauit & docuit: ubi diſcipulis ſuis dedit præcepta diſciplinæ & legẽ uitæ: ibiq; ab eis diuino quẽ ſe daturũ chriſtus ꝓ miſerat ſpũ accæpto p orbẽ ꝓficiſcẽtes prædicarunt euangeliũ omni creatu ræ: q crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit: qui uero non crediderit con demnabitur marci. xvi. Marci

Idq; præuidens eſaias. c. xxxxii. ait. Ecce ſeruus meus ſuſcipiã eũ iudiciũ gen tibus ꝓferet. Hic nãq; ſeruus & electus tũ apud hebræos tum apud chriſtia nos itelligit̃ meſſiach. Et ſequit̃ ꝓpheta: & legẽ eius inſulæ expectabũt quẽ admodũ etiã apud eũdem. c. li. Me inſulæ expectabũt: & brachiũ meũ ſuſti nebũt: in qbus ꝓfecto gẽtiles habitãtes apoſtoloꝝ tẽpore ut in eoꝝ actibus lectitamus: ubi & paulus ſũmo ſtudio ac diligẽtia prædicauit: chriſti doctri nam amplexi ſunt & obſeruarũt: quod & imp̃ſentiarũ neminẽ latet. Et le gẽ eius inqt ꝓpheta hoc eſt nõ legẽ moſi ſed meſſiach ex quo recte percipere poſſumus aliã a chriſto exhibẽdã eẽ q̃ quæ a moſe iudaico populo data fue rit. Q uã ueritatẽ micheas. c. iiii. dicit & affirmat. Venite aſcẽdamus ad mõ tẽ domini: & ad domũ dei iacob & docebit nos de uiis ſuis: & ibimus i ſemi tis eius: qa de ſyon egredieẽ lex: & uerbũ domini de ieruſalẽ. Hæc de meſ ſiach ceciniſſe micheã iudæi ſentiũt atq; fatent̃: qbus ſane clarius ab eo ad ptinaciã iudæoꝝ cõuincẽdã nihil dici potuit: de ſyõ egredieẽ lex ait miche as: nõ dixit de mõte tabor nõ de mõte ſinai: de mõte ſyon inqt: præuidit eñi ipſe ſpũ dei ductus a chriſto meſſiach nouo dogmate noua lege hoĩes iſtrue dos eẽ: iõ dixit & docebit nos de uiis ſuis & ibimus i ſemitis eius: nõ i ſemitis abraæ: nõ aaron: nõ moſi: ſed i ſemitis eius chriſti ſcilicet: a quo dicit̃ q̃ ſeq tur me nõ ambulat i renebris: ſed habebit lumẽ uitæ. Ioannis. viii. c. de quo lumiue ſcribit̃ apud eſaiã. c. lx. Surge illuminare ieruſalẽ qa uenit lumẽ tuũ Eſaias Micheas Ioannes Eſaias

Pſalmus Et in pſalmo. xxxv. in lumine tuo uidebimus lumē quoniā in lumine doctri
næ chriſti uidebimus lumē claritatis æternæ. De quo ſiqdē mōte ad quē mi/
Eſaias cheas populū dei aſcēdere præcipit eſaias. c. li. ait. Cūſolabit᷑ ergo domius
ſyon: & cōſolabit᷑ oēs ruinas eius: hoc ē errores atq; fallatias: quas tūc inſe/
rebāt in humanis pectoribus iudæoꝝ doctores: qbus reſeratis & abiectis p
doctrinā chriſti ibidē exhibitā & regulā beneuiuēdi: q crediderūt in eū ſum
mo affecti ſunt gaudio atq; beatitudine æterna. Ideo huiuſmodi læticiæ ab
eodē ꝓpheta reddit᷑ rō: qa a me lex exiet & iudiciū meū in lucē populoꝝ re/
qeſcet: nō illa qdē lex moſi quæ multo tp̄e ante exierit: ſed alia: quæ autem
Malachias chriſti doctrina ſcilicet quā ibi obſeruādā docuit: de quo dicit᷑ eodē. c. po/
ſui uerba mea ī ore tuo: & apud malachiā. c. ii. lex ueritatis fuit in ore eius &
Eſaias iniqtas nō eſt inuēta in labiis eius. In mōtē ſyon cur aſcēderit chriſtus: ut cō
pleret eſaiæ dictū. c. xxxx. ſup mōtē excelſum aſcēde tu q euangelizas ſyon
Pſalmus quod ſane capitulū iudæi etiā referūt ad chriſti meſſiach tēpus. De quo mō
Mattheus te pſalmo. lxvii. legit᷑. mons dei mūs pinguis: quoniā ibidē chriſtus deus &
Pſalmus hō ſedē habuit: ut inqt mattheus. c. v. & cū ſediſſet in mōte ſcilicet ſyon ac
ceſſerūt ad eū diſcipuli eius & aperiēs os ſuū docebat eos. Iccirco eodē pſal
mo dicit᷑ mōs ī quo beneplacitū eſt deo habitare ī eo. Pinguis eni uocatus ē
Pſalmus dogmatibus utiq; & exēplis rebuſq; mirabilibus chriſti ibi factis & oſtenſis.
Pſalmus Ideo pſalmo. lxxvii. inqt dauid. Elegit montē ſyon quē dilexit & pſalmo. c
Abdias xxxi. elegit dominus ſyō & elegit eā in habitationē ſibi & abdias. c. unico:
& in mōte ſyon erit ſaluatio & erit ſanctus.

Subuertimus itaq; ꝓfanā iudæoꝝ opinionē atq; iueteratos errores & ꝓpheta
rū uaticiniis & rōnibus: quæ qdē ui ulla refelli nō poſſūt: & ueritatē propo
ſiti noſtri teſtimoniis diuinæ uocis adeo enucleauimus: ut eā turbātibus ſe/
cundū flagicioſū eoꝝ ingeniū & cordis prauitatē ullus iā ulterius tuendi fal
ſa nō relinquat᷑ locus. Adducunt᷑ ad īſaniā eo quod priſci maiores ſui ita cō
plexi ſunt: quo iudicio falli ſe facile cognoſcerēt iuniores iudæi ueteres illi ſi
adeſſent: qppe q iā cognita ueritate eos acerrime ꝑtinaci ſtulticia carperent
tūc ſeutiq; uictos accuſarēt: & nobis nihil quod ad myſteriū fidei noſtræ at
tinet obiicerēt quod benediſcuſſum nō fuerit ac benefactū nobiſq; uincēti/
bus coronā congruā & īmortalitatis mercedē ſummū iudicē deū pro labore
tāti certaminis redditurum dicerent & affirmarent.

Solet ꝑfecto habere apud īcredulos & ꝑtinaces quādoq; tātū uigoris & effica
ciæ repetita ſæpius ueritas: ꝙ ſi ab eis penitus errores deduci non poſſint: in
dubio tamē eoꝝ animus exiſtēs facilius ad ueritatē ipſam quādoq; adducit᷑:
quod ipſe cōſiderās nolo ꝓ uiribus qcq̄ ꝙ ad myſterium huiuſmodi ꝑtinet i
tactū atq; indiſcuſſū relinquere: ut liniamētis ueritatis (ſi fieri pōt) ad uerā
religionē atq; fidē eoꝝ aīos uel allicere uel excitare ſaltē poſſimus: ne quæſi/
tā ueritatē ulterius audeāt oppugnare ſi quādo inuentā tenere neglexerint.

CAPITVLVM

Legant iudæi qui sacras litteras præ omnibus se tenere autumant deuterono- Deuteronomii.
mii.c.xviii. quæ a deo mosi prædicta sūt. Prophetam inqt suscitabo eis de
medio fratrum suoꝝ similem tui: & ponā uerba mea ī ore eius: loqueturq̃ ad
eos oīa quæ precepero illi: q aūt uerba eius quæ loquet in nomine meo audi
re noluerit ego ultor existam. Doctissimoꝝ quidem latet neminem qui mosi
codices lectitarunt: quando deus in uertice mōtis oreb allocutus est mosem
ut legis ingrato populo præcepta traderet: cū dei uoce atq̃ igne pteritus au
dire eū non posset: q̃ tunc uoluerit ille oratum mosem ut loqueret ipse & nō Exodi.
deus: quēadmodum scribitur exodi.c.xx. ubi dicitur. Cunctus aūt populus
uidebat uoces & lampades & sonitum buccinæ montēq̃ fumantem & pterri
ti ac pauore concussi steterunt procul dicentes mosi: loquere tu nobis & au
diemus: non loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Hoc itidem legit
deuteronomii.c.v. Cur ergo moriemur & deuorabit nos ignis hic maximus Deuteronomii.
Si enim audierimus ultra uocem domini dei nostri moriemur. Vidēs autem
deus pius atq̃ misericors populū illum ob timorem consistere non posse qui
eū inuaserat audita uoce eius inquit mosi bene oīa locuti sūt ut legimus deu Deuteronomii.
teronomii.c.v.&.c.xviii. hoc est quia dominus sum excelsus atq̃ terribilis
rex magnus sup omnem terram: ut habetur psalmo.xxxxvi. uox mea audiri Psalmus
ab eis non potest. Ideo & continuo sequitur prophetam suscitabo eis de me
dio fratrum suoꝝ similem tui: & ponam uerba mea ī ore eius: loqueturq̃ ad
eos omnia quæ præcepero illi. Ex qbus pfecto uerbis recte qcūq̃ sanæ men
tis intelligere pōt: q̃ se missurum deus mosi similem pphetam dixerit qui ut
moses legifer fuit ita & ille foret: a quo instrueret populus diuinis documen
tis pariter atq̃ lege quādoqdem ab eo deus audiri non poterat. Nā quæ dei
sunt mens hoīum terrenis compacta uisceribus atq̃ corporis domicilio īpe-
dita per se capere non potest nisi aliunde doceat: hoc enim summus opifex de
us dator bonoꝝ omnium: & consūmatus doctor uidens cognoscensq̃ natu-
ram humanā admodū infirmā atq̃ fragilem quæ uocem eius audire nō pos-
set: decreuit tunc alterum ad homines legiferum mittere: ideo dixit pphetā
suscitabo eis de medio fratrum suoꝝ. Hic nēpe fuit christus uerus messiach
in uno diuino supposito uerus deus uerus homo: deus semp de deo hō absq̃
uirili semine ex muliere natus de semine abraæ de tribu iuda atq̃ de stirpe da
uid. Facinus hoc tā præclarum atq̃ illustre factū ē: ut deus legem daturus: q
a populo dei in monte oreb audiri non poterat: demū fragilitate indutus ho
minibus legē daret: necnō & uideri atq̃ tractari posset. Igitur de medio fra-
trum suorum suscitauit eum dominus: & uenit in mundum ut institutis suis
atq̃ lege salua fieret omnis caro: & qui ei aduersaretur daret pœnas. Ideirco
ait qui autem uerba eius quæ loquetur i nomine meo audire noluerit ego ul
tor existam. Quāobrem quæro nunc a iudæis cur tot tantisq̃ infortuniis at
q̃ calamitatibus affecti: nullam firmam domum habeant: sed huc atq̃ illuc

diuagentur omnibus infensi? Cur palida facie uultuq; mæsto atque lugubri
uestimento semp incedāt? Cur illi singultus assidui atq; frequētes lachrimæ?
Cur tantus dolor atque mæsticia? cur tot tēpestates tot ægritudines quæ cor
pus eorum omnium mentē atque animū uexant: cōficiunt: atque dillacerāt?
Cur suarum festiuitatum celebrationē holocausta uel sacrificia nō efficiātur
ab eis eo modo & ordine quo demandauit deus ut fierent. Cur omni deniq;
priuati imperio atque regimine serui omnibus sint & tanq̄ inutiles putridi
atque profani ubique miserrimam uitam miserrimi ducant? non quidem in
aliquem animaduertit deus nisi castigatione atq; seueritate dignus sit nō de
aliquo iniuria sūmit pænas: deus enim unicuique pro merito aut præmiū sol
Psalmus uit aut pœnam: iuste iudicat omnes quippe qui iustus est dominus & rectū
iudicium suum ut habetur psalmo. cxviii. Hæc igitur in uos animaduersio o
iudæi hæc intollerabilis ultio quam deus intulit? ex qua ratione quaue cau
sa quærito uel unde originem traxerint? At deus ipse indicat atque edocet
Deutero- eodem. c. deuteronomii. Qui autem uerba eius hoc est christi messiach au
nomii. dire noluerit ego ultor existam: ultor inq̄ extitit quando quem angeli metu
unt & quem demones reformidant illius non modo præceptis non parendo
sed cruci affigendo eum turpiter occidistis: hinc confectæ sunt atque dear
tuatæ omnes opes uestræ: hinc tanti sceleris deus impatiens: iustus iudex &
æque bonus intulit in uos atque perfecit quod dixit atque cōminatus est qui
Hieremias uerba eius audire noluerit ego ultor existam. Ideo hieremias. c. li. inqr. For
Li. leuitici tis ultor dominus reddens retribuet. Et leuitici. c. xxvi. si nolueritis recipe
re disciplinam: sed ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoque contra uos
aduersum incedam & percutiam uos septies propter peccata uestra. Induca
Deutero- que super uos gladium ultorem fœderis mei. Et deuteronomii. c. xxxii. inqt
nomii. deus: mea est ultio & ego retribuam eis in tempore: & per esaiam etiam. c. x
Esaias xxxvii. ait: ultionem capiam & nō resistet mihi homo. Iccirco naum prophe
Naum ta. c. primo scriptitat. Dominus emulator & ulciscens dominus: ulciscēs do
minus & habens furorem: ulciscens dominus in hostes suos irascens ipse ini
Deutero- micis suis. Necnon deuteronomii. c. xxxii. Reddam ultionem hostibus me
nomii. is: & his qui oderunt me retribuam. Ferunt itaque iudæi atque perferūt tot
tantasque iniurias: tot contumelias tot irrisiones atque opprobria tot cru
ciatus atque tormenta: & tanq̄ cæci nihilominus ac uelut i carcere stultitiæ
inclusi sedent adhuc in tenebris hæredes prioris sceleris ignorantes deum ac
ueritatem. Quam animaduersionem prophetarum oraculo ac ipsius dei uo
ce prædictam quottidianis lectionibus personant: nec aliquādo (quoniam
recedunt prorsus a ueritate & quem de medio fratrum suorum suscitauit de
us fontem omnis iusticiæ ac bonitatis non suscipiunt) hæc sibi accidisse uel
putant uel arbitrantur. Sanus quidem non est qui etiam spe beatitudinis ab
Recte di- lata his bonis quibus cæteri utuntur in uita: labores cruciatus angustias at
ctum.

que miserias anteponit. Ideo nil mirum si quo ferantur iudæi nesciant: si in/
certis cursibus diuagentur: quia rectum humanarum diuinarũque rerum ue
stigium nec sequuntur nec cernunt: & in idipsum tandem incidũt: quod & ui/
tare ac fugere uel natura hæc humana uel diuina ratio docet atque instruit.

Sed nunc iudæus pertinaci obstinatione inueteratam suorum persuasioné si/
bi adhibiram falsam ac turbulentam quibus potest uiribus defensurus acce Ar. iudæ.
dit dissoluereque (si poterit) quod prætulimus intendit huiusmodi mysterii
fundamentum atque rationem. Hæc oratio inquit ipse prophetam suscita/
bo eis de medio fratrum suorum similem tui & ponam uerba mea in ore eius
nequit ullo modo uel ordine christiano sensui uel accõmodari uel saltẽ ui ali
qua intelligi: ut a messiach noua lex siue religio dari possit: quandoquidem
de legis institutione aut de legislatore nihil inferatur ibidem. Voluit eni de/
us: quoniam faciles erant iudæi pronique ad credendum diuinis atque phi
tonibus: eorum errores atque superstitiões euertere: ideo ait eodem capite
paulo superius. Caue ne imitari uelis abominationes illarum gentium nec in
ueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignẽ: aut q ario/
los sciscitetur aut obseruet sõnia atque auguria ne sit maleficus: nec incanta
tor neque phitones cõsulat nec diuinos: nec quærat a mortuis ueritatẽ: oĩa
enim hæc abominatur dominus & infra sequitur: gentes istæ quarum possi/
debis terram augures & diuinos audiũt. Tu autem a domino deo tuo aliter
institutus es. Qua uero institutione quibusue moribus degere populus isra
el atque se gubernare debebat: docet moses cum sequitur prophetam de gẽ
te tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus ipsum
audies: hoc est augures atq; supstitionibus incumbentes non quærites nõ cõ
sulas quoniam dominus deus tuus suscitabit tibi pphetam a quo oĩa quæ pe
tieris euenient & neminem fallent quẽadmodum faciunt malefici atq; phito
nes hominum oculos præstrigentes. Propheta autem quem suscitauit domi
nus fuit iosue samuel esaias hieremias ezechiel atq; malachias & alii plures:
mosi similes religione ac ueritate: quod sane apud sacrarum litterarum peri
tos satis abunde patet. Quare omnia uerba hæc pphetam suscitabo eis de
medio fratrum suorum similem tui: & ponam uerba mea in ore eius: loquet
que ad eos omnia quæ præcepero illi: qui autem uerba eius quæ loquetur in
nomine meo audire noluerit ego ultor existam: intelligi debent apud quẽli/
ber sanæ mentis de omnibus prophetis de quibus supra sermo habitus est:
non autem referri possunt ad prophetam aliquem legislatorem: de quo ibi
nullum efficitur uerbum: neque de eo uerbis ipsis aliquis sensus accõmodari
potest: ut plane constat recta proficiscenti.

Grauis pfecto res ẽ ignorantia & omnium malorum detestabilis causa: at eã Re. ad ar.

scienter sequi atq; tueri grauius est atq; detestabilius: in quem errorē libētei incidunt iudæi: qppe qui in sanctarum litterarum nebulis iādiu uersati ad/ ueniente lumine ueritatis sibi ipsis oculos eruūt ne lumen uideant. Neq; mi rum nā lux queadmodū male habētibus oculis odiosa est: ita sancta sectanti bus semp ueritas est infensa. Iudæus nāq; ineptus atq; insanus in lectiōe pra dicta neq; modum loquentis neq; litterarum seriē animaduertit: quod si hoc ipsum fieret ab eo ut legis codices ac pphetarum uellet planius ac uerius in/ spicere tunc cæcitas omnis discederet: & lumine accepto idem ipsi foret iter planum atq; securū. Sed neq; litteras capit neq; litterarum sensum pcipit: in quo pfectionis humanæ status omnis consistit: & intentus si mentem qnādo q; i eas dirrigeret nō ignoraret pfecto quod & nos arbitramur proculdubio atq; fatemur. Magnam qdem sacris litteris pro ueritate adipiscenda necesse est diligentiam adhiberi ut sciatur quo modo quone ordine lex a deo statu/ ta debeat obseruari. Q uapropter uerba capituli huius discutienda sūt ma/ gno studio stabiliq; sensu: ut error iste iudæorum omnis secedat atq; fallatia/ ueraq; sectantes uideant puerilia omnia atq; inania fuisse: quæ pro desensio ne sua uulgus iudæoꝝ indoctum contra ueritatem adduxit. Moses nāq; pro phera hebræum populum uidens ad multa & uaria peccata esse procliuū su perstitionibus cedere sōnia cputare: diuinos atq; phitones consulere a mortu is futura quærere aliisq; mortiferis uoluptatibus subiacere cum esset in terra moab cognoscens se moriturū: ut deo dicatet se igratus atq; perfidus popu lus duo eum admonet: quoꝝ alterum est ne ariolos percontetur neq; incan/ tatores quæritet neq; alia huiuscemodi iquirat quæ odit summus ille omnipo tens deus ac dominus. Alterum uero est q; autes præstare uelit animoq; com pleti quæcūq; dicturus est propheta quem de eius gente suscitaturus est do/ minus nuncium suum atque legatum: in quo uerba dei erunt: & quæ manda uerit illi deus loquetur tantum. Iccirco scribitur ibidem. Ponam uerba mea in ore eius loquerurque ad eos omnia quæ præcepero illi. Ex quibus profe/ cto facilius intelligi potest ac deber: q; deus pietate motus uolens iudæos a lege penitus atque religione alienos sectantes maleficos atque præstrigiato/ res uel diuinos ad securi itineris uiam dirrigere. Prophetam iquit suscitabo eis de medio fratrum suorum docturum scilicet eos qua lege quaue religio/ ne uel quibus institutis uel moribus se regere atque gubernare debeant. Ie/ circo sequitur similem tui non autem ait similem tibi hoc est: ut tu legifer es ita & ille futurus est: & quemadmodum tu nomine meo ueritate eos instruis sic & ille ueritatis dux erit & auctor. Ideo sequitur: & ponam uerba mea in ore eius loquetur que ad eos omnia quæ præcepero illi qui autem uerba eius quæ loquet̄ i noīe meo audire noluerit ego ultor existā. Q d' aūt de lege atq; legislatore hæc accipi debeāt manifeste cōstat. Nam tempus quo hæc a deo

CAPITVLVM.

mosi dicta sunt illud etenim fuit quando a deo ipso decem legis præcepta in
mõte oreb dabantur iudæorum populo: qui tunc audita uoce dei de medio
ignis cõterritus dixit. Loquere tu nobis & audiemus nõ loquatur nobis domi
nus ne forte moriamur: ut habetur exodi. c. xx. & itidem. c. v. deuteronomii: Exodi.
ubi dicitur. Cur ergo moriemur & deuorabit nos ignis hic maximus: si enim au
dierimus ultra uocẽ domini dei nostri moriemur: & infra tu magis accede &
audi cũcta quæ dixerit dominus deus noster tibi loqueris ad nos: & nos au/
dientes faciemus ea. Tũc inqt deus. audiui uocẽ populi huius bene oĩa locuti
sũt: hoc ẽ quoniã uocẽ meã in dãda eis lege audire nõ possunt: mittã ad eos
hominẽ tui similẽ ipsis allaturũ legẽ ipsam: iõ seqtur ꝓphetã suscitabo eis de
medio fratrũ suoꝝ similẽ tui: & ponã uerba mea in ore eius: loqueturque ad
eos oĩa quæ præcepero illi. Et ponã uerba mea inqt deus in ore eius: hoc est
decẽ illa præcepta quæ audiri nõ potuerũt ab eis uoce dei pteritis. Et sequitur
loqueturq; ad eos oĩa quæ præcepero illi. Hoc est qbus etiã moribus qbusue
institutis ipsi se instituere atq; gubernare debeãt: ex admonitionibus atq; do
ctrina quã ipsum edocebo eoꝝ qlibet pcipe absq; ullo pauore poterit. Quod
aũt p hoc quod dicitur uerba mea lex intelligi debeat: ostenditur eo quod scri
bitur exodi. c. xxxiiii. præcide ait tibi duas tabulas lapideas instar priorum
& scribam sup eas uerba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti: & infra. Scri/
be tibi uerba hæc quibus & tecum israel pepegi fædus. Loquitur enim deus
ibi mosi de lege siue legis præceptis. Idq; clarius paulo infra dicitur: & scri/
psit in tabulis uerba fæderis decem: quæ apud hebræos sonant: uaic thob al
haulochos bet diuere haberit esscres. Itaq; cum dicitur & ponam uerba mea
in ore eius exponi debet & ponam legem meam in ore eius: quod quidẽ res
ita se habet nec aliter intelligi potest. Igitur si per id temporis: quo deus po/
pulum iudaicum legem edocebat: & de lege solum tunc agebatur a deo: he/
bræorum populus petierit ne loqueretur deus: qui tunc tanq̃ legifer loque/
batur: & deus ipse tunc dixerit mosi bene omnia locuti sunt: prophetam su/
scitabo eis de medio fratrum suorum similem tui & ponam uerba mea in ore
eius: loqueturq; ad eos quæ præcepero illi: quis adeo est tam obtusus igenio
tam rationis expers uel insanus: qui nõ iudicet dicat & affirmet prophetam
illum legiferum fore: legemue hominibus allaturum? Apparet ergo dilucide
iudæorum falsitas qui asserunt hæc uidelicet prophetã suscitabo eis de me/
dio fratrum suorum similem tui de legislatore intelligi non posse: cũ ibi nul
lum efficiatur uerbum de lege aliqua populo exhibenda. Quæ quidem opi
nio iprudẽs ẽ atq; falsa & diuine uolũtati penitus repugnãs ut oibus apte cõ
stat: cũ ibidẽ ꝓfecto d lege dãda populo israel solũ uerba ipsa sonẽt atq; ostẽ
dãt. Hæc etiam ueritãs illustratur p ea quæ in eodẽ. c. scribuntur paulo supra:
ubi dicitur quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit
tibi: caue ne imitari uelis abominationes illarũ gentium nec iueniatur in te q

lustret filium suũ aut filiam ducens p ignem aut q̃ ariolos sciscitet᷑ aut obser
uet sõnia atq; augutia nec sit maleficus uel incantator neq; phitones cõsulat
neq; diuinos neq; a mortuis quærat ueritatẽ: oĩa enim hæc abominabit᷑ do
minus. Ex q̃bus apparet ꝙ uidens deus ut diximus iudæorum populum fa
cilem ad oẽm superstitionem atq; ad ineptas ac falsas inq̃sitiões pronũ atq;
ꝓcliuũ: qui per aĩalium uiscera aut diuinatiões uel p somnia scire futura co
nabatur uoluit atq; decreuit ne quem præ aliis populis in ministeriũ suũ ele
gerat: pditarum gentium ritus atq; maleuiuendi regulas sequeret᷑ sed lege tã
tum diuinæ uoluntatis sese aleret & informaret: decem constitutiones legũ
siue decreta populum israel edoceri. Hoc ipsum ostenditur quando eodem
c. dicitur de populo ipso. Tu aũt aliter a domino deo tuo institutus es: hoc
est nõ uult deus ut imiteris ariolos atq; diuinos: q̃ se & alios fallunt: sed uult
ut præceptis suis ac lege tu ĩstitutus pergas atq; ꝓficiscaris. Iccirco sequit᷑ ꝓ
phetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus de
us tuus ipsum audies: ut petiisti a domino deo tuo ĩ mõte oreb. Q uæ autẽ ĩ
monte oreb populus petierit clarũ oĩbus ẽ. Nam cũ populo deus legẽ daret:
& a populo deus ipse audiri nõ posset dixit: ultra nõ audiã uocẽ domini dei
mei & ignem hũc maximũ amplius non uidebo ne moriar. Tũc deus ait: be
ne omnia locuti sunt. Hoc est quoniã uoce mea pteriti legẽ qua se instituere
debent audire non potuerunt: ꝓphetã suscitabo eis de medio fratrũ suorum
similẽ tui & ponam uerba mea in ore eius hoc est legem ut supra ꝓbatum est:
loqueturq; ad eos oĩa quæ præcepero illi. Ex q̃bus uerbis liq̃do apparet ibi
de lege tantũ dici atq; penitus tractari. Hæc uera sententia est hic uerus sen
sus: a quo siq̃s discesserit iam iudicatus est. Constat ut ipsi aiũt igit᷑ ẽt nõ ob
Iosue scure ea nullo pacto de iosue ĩtelligi posse cũ mosi tp̃e iosue ille fuerit & mo
si minister: neq; legẽ dei populo israel attulerit ut scribit᷑ eiusdem. c. primo:
Et factũ ẽ post mortẽ mosi serui domini ut loqueret᷑ dominus ad iosue filiũ
nun ministrũ mosi: igit᷑ iã suscitatus erat iosue nõ aũt suscitãdus: quẽadmo
dũ ibi dicit᷑ ꝓphetã suscitabo. Neq; cæteris ꝓphetis eadẽ uerba recte accom
modari possũt: quãdoq̃dẽ coꝝ nullus extiterit legislator sicuti moses. Iccir
co ibi dicit᷑ ꝓphetã suscitabo similẽ tui: & ponã uerba mea hoc ẽ ut diximus
legẽ meã i ore eius. Colligãt ergo iudæi atq; diligẽter pscrutent᷑ tempus quo
hæc a deo dicta sũt: & eoꝝ rõnem atq; fundamẽtũ tei aĩaduertãt: tũc sane q̃
Burgensis attigimus solis radio eis clariora lucescẽt. Burgẽsis attamẽ in suo scripturarũ
scrutinio sup hoc multa attulit & tãdẽ (bona uenia dixeri) nescio q̃d blacte
rauerit uoluit. n. ipse illud ꝓphetã de gẽte tua & de fr̃ibus tuis suscitabit tibi
domius deus q̃d dictũ ẽ a mose itelligi de ꝓpheta solũ futura prædicẽte: & il
lud postea ꝙ eodẽ. c. seq̃t᷑ ꝓphetã sucitabo eis de medio fratꝝ suoꝝ ꝙ a deo
dictũ ẽ itelligi de ꝓpheta legislatore rãtũ ꝙ siq̃dẽ utrũq; studiosius scrutatus
fuisset nõ blacterasset: utrũq; enĩ intelligit᷑ de legislatore simul atque futura

prædicēte. Qui christus fuit: q sane futura prædixit: necnō & legislator ex/
titit. Primo nāq; dicitur & uerba sunt mosi quod burgensis non animaduer
tit prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi domi
nus deus tuus: sicut me inquit hoc est sicut uobis ait moses legifer fui: ita &
propheta quem suscitabit dominus uobis legifer erit. Q đ autem hæc uer/
ba de legislatore etiam intelligi debeant manifestum est: nā expletis istis uer
bis prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi do/
minus deus tuus: sequitur continuo ibidem ut petiisti a domino deo tuo in
oreb: quando concio congregata est atq; dixisti ultra non audiam uocem do
mini dei mei: & ignem hunc maximum amplius non uidebo ne moriar. Hæc
profecto a populo iudaico dicta sunt eo tempore quo lex dabatur ei a deo:
qui tunc ueluti legifer loquebatur: de quo populo tunc deus ipse quēadmo
dum supradiximus inquit bene omnia locuti sunt: & continuo adducit uer/
ba ipsius dei formaliter: quæ quidem hæc sunt: prophetam suscitabo eis de
medio fratrum suorum similem tui & ponam uerba mea in ore eius. Et hæc
dixit ad maiorem declarationem atq; confirmatiōem uerborum suorū quæ
superius adduxit: uidelicet prophetam de gēte tua & de fratribus tuis sicut
me suscitabit tibi dominus deus tuus. Igitur horum duorū scilicet quod di/
ctum est a deo: & illud quod dictum est a mose alterum ab altero exponitur
atq; firmat̄: & utrūq; idem est & de eodē ꝓpheta dici ueritas ipsa fatet̄. At
iudæi hanc ueritatē renuūt qppe q prinacia obstricti sequnt̄ sua ꝑplexa oīa
atq; cōfusa: & ea neq; disci ab eis audiēdo pōt neq; legēdo ꝑcipi: & tanq̄ stul
ti atq; insani menti humanæ quod ē ueritatis ac rōnis domiciliū obstāt: quo
niā si hominis natura iuestigādæ ueritatis capax ē: is etenim quacūq; condi/
tione extiterit sexu uel ætate bene firmata ꝑcōtari eā debet: ne mēs suo mu
nere atq; ꝓprietate priuet̄. Sed omittamus inscipientiam iudæorum: & ue/
niamus ad exitū ꝓpositi nostri ꝑspectis qbusdam prius mysterū huiusmodi
affirmātibus: ut eoꝝ detectis erroribus aduersus eos iure ac merito ferri sen
tētia possit: ne uelint iposterū plus sapere uel minus q̄ deceat: quoniā nihil
stultius ē q̄ discendū putet aliqs i quo uel nil discit̄ uel si discit̄ erroribus im
plicat̄: iō lepide ad romanos. c. xii. paulus inqr. Nō plus sape q̄ oportet sa/ Paulus
pere sed sapere ad sobrietatē hoc ē q̄tū deceat: decet enī quod ad salutē hoīs
attinet scire oīno. Religio qdem illius inepta est atq; inanis q ex parte erra/
uerit & ex parte attigerit ueritatem. Iudæi iccirco quædam licet sciāt ut sunt
decem dei præcepta quæ & nos scimus: quoniam illorum ordinem non ani
maduertunt & mysterium nesciunt eorum uana est religio.
Si præterea iudæi percontari uellent panimper cur moses proiecerit tabulas Cur moses
præceptorum digito dei scriptas: atq; nulla dantis ratione habita cur proie legis tabu
ctas etiam confregerit: ut habetur exodi. c. xxxi. Aperiretur eis diuinum las fregerit
hoc secretum cognoscerentque mysterium de quo certamus: & dei cultores Exodi.

ueri appellarent. Dicerem ipse ꝑfecto si cæleste hoc arcanum si huiusmodi mysterii ueritatē scrutatus minus recte fuissem mosem ꝓculdubio delirasse: qppe qui si hebræoꝝ populus indignū ꝑegit facinus si uitulum conflatilem adorauit: cur tanq̄ diuini muneris imemor atq; ignarus diuinæ uolūtatis factus est uel insipientis uel ingrati hominis officio? Non decet ꝑfecto hominem humani principis uel nunciū uel delegatum si sanus fuerit mādata illius spernere ac deturpare: q̄to magis illius q summus princeps ē dux noster & auctor deus ac dominus oium. Elegit mosem deus nūcium suū summa in eū beniuolentia affectus eiq; duas tabulas digito suo scriptas dono dedit qbus ab eo instrueretur populus probitate & moribus atq; regula beneuiuendi. Fuit hoc sanæ præciosum & singulare donū: fuit ꝑfecto munus præ oibus cōseruādum. Cur inq̄ proiecit illud moses dirrupitq; talis ac tanti principis q deus est cōmissionē diuinam ei creditā atq; cōcessam? Nunc peto ad ipsum me conferens dic oro o moses (pace tua dixerim) si te dominus cotā citasset quā huiusmodi deliramenti atq; incōsideratæ ingratitudinis excusationem attulisses? te qdem non fugit apud ueri iudicis tribunal qs de cōmissis nequaquā ualear excusari. Si male ac ꝑdite egerit populus: cur tu malum malo addere censuisti? deum non nouerat populus tu uero deum non ignorabas. E recisti mandata dei fregisti ac reliqsti tanq̄ indoctus atq; inscius legationis diuinæ. hæc sane cū ipse animo cōcipio contremiscunt uiscera & totus horresco rētēs: nā sprætis dei mādatis spernit & ipse deus: ubi erit igit beneuiuēdi modus siue ordo: ubi forma rerum: ubi ius: ubi lex: ubi uera religio: ubi deniq; ipsius iura naturæ? omnia cōfusa sint atq; erroribus implicita necesse est. Inde furta insidiæ rapinæ homicidia populoꝝ: subuersiones quoq; īde urbium oriunt & conualescunt. At neminē latet errati sui populū dedisse pœnas q̄uis agrestis ac rudis fuerit: tu uero dei cognitor & electus a deo nuncius atq; legifer diuinam legem ꝓiiciens diuina impune dillacerasti mādata. Quid si perpetrasset alius? nōne tu eum improbū iniquum ac sceleratū nec non morte plectendū sæuissima iudicasses? At erratū tuū legimus pœnitentiā uero non fractionē diuinarū tabularum scimus sed aīaduarsionē tui ignoramus. Admirat hoc humana mens mysterium non intelligens: cum deus iudex iustus par pari hostimentum referre soleat: inultus non euasit populus a peccato: sed tu impunitus euasisti ab errato: magna extitit populi infirmitas at non minor fuit (si dicere fas sit) tua ipietas. Quo facto qd deus mosi dixerit audi: præcide tibi inquit duas tabulas instar prioꝝ, ut scribit exodi. xxxiiii. c. & scribā sup eas uerba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti: esto paratus mane ut ascendas statim in montē sinai stabisq; mecū super uerticē montis. O imensa dei benignitas: o sapientia & incōprahēsibilis æquitas q̄ sapiēter in omnibus semp agis: fecisti homines & pares uoluisti eē omnes rōne uiuendi intelligendi & cognoscendi te: & te si non nouerit qs nō excusat: quādoqdē

Generosū dictum

Exodi.

uertatur in domum suam. Sed isti talmuthistæ impiti atq; superbi (ut sui mo
ris est) quæ sequūtur de ipso teste eodem. c. intelligere noluerunt: dicit enim
ibidem. Non misereberis eius: sed animam p anima: oculum p oculo: dentē
pro dente: manum pro manu: pedem p pede exiges. Vnde manifeste appa/
ret/ q falsus testis si malum cogitauerit tantum: aduersus fratrem suum eadē
pœna mulctari debeat quam accusatus falso corā iudicibus ille daturus erat
& multo magis si meditatus fuerit atq; pfecerit diuinæ iusticiæ congruit/ ut
eodem afficiatur supplicio & pari pœna mulctetur: qua condemnatus affe/
ctus extitit. Iudæi ergo quoniam dei præceptis aduersati semper fuerunt nō
est mirum si in hoc etiam delyrantes insaniunt.

Est etiam aliud dogma talmuthico ingenio non indignum: dicunt enim tal
muthistæ. Si quis aliquem occiderit/ cuius pulmo lateribus innitatur: quem
morbum iudæi therepha nuncupant: aut ibi infectio alia foret: ob quam iu
dæis prohibitum est huiusmodi comedere animalia: q interfector illius nul/

Ra.solo: las daturus sit poenas. Et dicit rabi solomon dei praeceptorum ignarus/ in terfectorem illum nō occidisse nisi morruum: quia therepha morbus ille ho minem ad mortem dirrigit atq; prorsus disponit.

Item dicunt. Si quis in puteum in quo scallæ uel gradus lignei essent hominē iniecerit/ & gradus ipsos alius quis abduceret proiectus tunc si motitur/ is qui scallas abstulerit capitis pœnam ineat: qui uero proiecerit ab omni sup plicio immunis sit.

Aliud non alienum a iudæorum moribus siue natura/ dicunt talmuthistæ in eo libro seohedrim guazit.c. isti sunt suffocandi. Si parentes a liberis uer/ berati fuerint uel percussi: dummodo parentum uulnus membris nullum ap pareat. Filii tuoc nullum admisisse nefas censeantor. Sed rabi moses decre/ tum istud talmuthicum arguens in libro iudicum/ in lectione rebellantium inquit. Filii si patrem uel matrem uerberibus afflixerint/ & ab illis nullum parentibus uulnus illatum fuerit/ puniantur perinde/ ac si quem de filiis israel uerberassent. Quod si tamen uulnere aliquo infecti parentes uel eo/ rum alter extiteriot/ filii strangulari pœnam mortis incurrant. Hic autem moses uolens suorum talmuthistarum imprudentiam atque fatuitatem cor tigere/ imprudens ac demens etiam ipse effectus est. Voluit errorem illo/ rum incosiderata correptione moderari/ qui erroribus totus implicitus erat. dumque iusticiæ fauere conatus est/ iusticiam dei peruertit. Scribi/

Exodi. tur namque exodi capitulo.xxi. Qui percusserit patrem suum aut matrem: morte moriatur. Lata est a deo hæc sententia: decretum hoc deus ipse cō didit/ quod qui patrem suum uel matrem percusserit morte moriatur.

Quis igitur tam improbus atque flagiciosus/ qui huiusmodi præcepto ad/ uersari uel obiicere uel corrigere uoluerit? Neque solum percussores parē tum deus mortis pœnas luere decreuit: sed etiam qui ore maledico patrem uel matrem fuerit infectatus. Inquit eodē.c. Qui maledixerit patri suo uel

Leuitici matri morte moriatur. Hoc itidem legimus leuitici capitulo.xx. Qui male dixerit patri suo uel matri/ morte moriatur: patri matrique qui maledixerit sanguis eius sit super eum. Qua igitur ratione quoue modo uolunt talmu/ thistæ liberos percussionibus affligēres patrem aut matrem/ eadem animad uersione detioeri/ qua si alienum offendissent mererentur affici atque puni/ ri: quando quidem deus decreuerit/ qui maledixerit patri suo uel matri mor te moriatur. Et licet sacræ litteræ quandoquæ glosa egeat/ maledicta iudæo rum glosa quæ corrumpit textum.

Vidimus namque usque adhuc quid cōtra legem naturæ atque dei præcepta discipulos suos talmuthica schola doceat: neque satis officio suo fecisse iu/ dæi sibi uisum fuisset nisi etiam & contra deum ipsum statuissent pgere atq;

Nullim docere. Est quidam liber qui dicitur hullim: ubi talmuthistæ: & imprimis ra

Ra.sime bi simeon dicunt: q̄ deus peccauerit sole lunam lumine minorem fecisse: ut

que huiosmodi expiaretur peccatum: uoluit deus ut quolibet non ilunio de
hyrco sacrificium fieret: quemadmodum scribitur numeri.c.xxviii. Hyrcus
quoque offertur domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum li Numeri
bamentis suis. Et ibi narrat rabi simeon q cum luna solis lumini adequaretur
censuit ipsa diuinæ sapientiæ non congruere: ut duo eodem fungerētur dia
demate siue decore: idque cum delatum deo ab ea fuerit: dixit deus minua
tur lumen tuum: hoc audiens luna atque dolens inquit domine mundi recte
locuta sum profecto: cur meum iubes lumen diminui? Tunc deus ut lunæ sol
licitudinem leniret atque mæsticiam decreuit solem die tantum: lunam uero
die noctuque lucescere: cui dedit etiam ne diminutionem sui luminis iniquo
animo ferret stellas tanq̄ comites atq; pedissequas His nanq; non cōtenta rur
sus ait: domine mundi lumen candele penes solem nihil est: Cui deus pecca
ui inquit: Et ad huiusmodi peccatum expiandum uelim ut singulis mensib⁹
a populo israel de hyrco sacrificium fiat in holocaustum sempiternum. O i
pietatem impiissimam: quæ unq̄ improbitas tanta fuit: aut desperatio unq̄
erit: quæ huic talmuthieæ insaniæ atque temeritati comperari ualeat? Prome
re iudæi audent peccasse deum. pro scelus infandum. non quidem cathena
ferrea constringēdum: sed morte humana atque diuina mulctandum. Cæte-
rum licet hæc satissuperq; sint ad detestandam talmuthicam doctrinam: at-
que iudæorum execrabiles sanctiones: tamen ut sciant iudæi christianos nō
ignorare eorum stulticias atque scelera: etiam in lucem proferam quæ risu di
gna sunt: & punitione non indigna.

Afferunt iudæi in libro q̄ dr̄ barathot siue i libro benedictiōnum.c. primo. q diBarathot
uina maiestas dolore afficitur destruxisse templum atque ciuitatem ierusa-
lem: & angore nimio affectus in qualibet uigilia noctis rugit ut leo inquiens
Ve mihi quia destruxi domum meam. Ve mihi quoniam combussi templum
meum. Ve mihi quia inter gentes seruitutis iugo oppressi filios meos. Ne-
minem enim latent quod hæc dictio ue calamitatem atque miseriam signifi-
cet: quæ ullo mō diuinæ potentiæ qui deus est ascribi minus possunt: quippe
qui summa beatitudo est summa læticia & infinitum gaudium. Et addūt ral
muthistæ isti improbi: quod a tempore: quo templum secundum corruit atq;
destructum fuit ad hunc usque diem: nulla unq̄ fœlicitas siue iocunditas ex-
titit apud deum: sed tantum gemitus atq; planctus. O cæca atq; brutalis fa-
tuitas: unde eni habuerit ad exprimēdū tantū nefas ipsi qdem requisiti etiā
cām ignorant. Iudicet igitur qui rationis est particeps qbus decretis: quib⁹
ue documentis: qua fide erga deum atque religionē iudæi uani deuii atque p
fani se se instituant atque gubernent. Ferunt præterea ut supra dictum est
q deus in qualibet uigilia noctis rugit ut leo. Ha infœlices iudæi miseri atq;
pditi: fugit ne eos hæc ueritas: qum sacræ lr̄æ deū rugire afferunt: significare
oibus per metaphorā deum in malos atq; prauos aiaduersionē siue pœnā esse

allaturum: nequeunt eni hoc īficiari iudæi: scribitur nāq; a hieremia.c.xxv.
Dominus de excelso rugiet & de habitaculo sancto suo dabit uocē suā rugiēs
rugiet sup decorē suum.hoc eni a propheta dictū est: quia eū non latebat fu
tura iudæorꝫ destructio ac etiam babyloniorū pditio: ideo sequitur impios
tradidi gladio dicit dominus.Et infra.Vlulare pastores: & clamate & aspgi
te uos cinere optimates gregis quia completi sunt dies uestri ut interficiami-
ni: & dissipationes uestræ: & cadetis quasi uasa præciosa.Item iohelis.c.iii.
dicitur dominus de syon rugiet & de ierusalē dabit uocem suam.ad puniен-
dos improbos scilicet atq; scelestos quēadmodū constat prophetæ lr̄as lecti-
tantibus.Necnon & amos.c.i.Dominus de syon rugiet: & de ierusalem da
bit uocē suam: luxerunt speciosa pastorū: & excitatus est uertex carmeli: hæc
dicit dominus.Ex quibus uerbis: etiam & subsequentibus clarum est q̄ deus
multorum regna euersurus erat damascū scilicet: gazam: tyrum: edom siue
idumeā: atq; āmonites.Igitur iudæi qui imaginantur ad eorū bonum rugire
deū manifeste delyrant atq; cōtra pphetarū uaticinia insani ac stulti pgunt.
Mouent insup iudæi supsticiosi atq; supbi in principio libri auenazra: quæstio
nem quandam: qua profecto non solum mentem humanā: sed etiam diuinā
maiestatem atque sapientiam offendi plurimum: nullus est qui facile non in
Li.auenazra telligat.Quærunt nāq; quid agat deus duodeci horis dici: Et sibimet respō
dentes dicunt: Tribus primis horis legi talmuthicæ incūbit atq; studet: Aliis
tribus: infantes siue pueri morte præuenti quam discere nequiuerunt le
ge ipsa instruunt a deo.Aliis uero tribus mūdū iudicat.Reliqs tribus ho-
ris ludi cū pisce leuiathā.Et dicūt iudæi piscē istū miræ magnitudinis eē: cu
ius fœminā deus occiderē iussit: ne multiplicatis mūdus corrueret atq; dstrue
ret eorū pisciū multitudine atq; furore Corpusq; eius sale cōdiri uoluit mes-
Leuiatham siach qū uenerit offerēdū: quo tpe a iudæis tabernaculū fiet ex pele ipsius pi
scis: quē ibi comedēt messiach pariter atq; iudæi.Præterea quæritātes talmu
thistæ qbus opibus nocte deus uacet: dicūt ipsū eqtare sup cherubin: & decē
octo millia mūdorꝫ uisere atq; lustrarē.Itē quærūt qd agebat a deo ātq; mū
di huiusmodi fierent.Creabat inquiunt eos ex quadā re siue rei commistio-
ne quos cum non recto ordine effectos perspiceret: destruebat: rursusq; crea
bat: & factos iterum corrumpebat: tandem perfecit illos octo & decem mil-
lia mundorum.Et huiusmodi delyramētis atque stulticiis schola talmuthista
rum iudæos instruit: quibus quidem erroribus non parum detrahitur poten
Nœ tiæ atque sapientiæ dei: quemadmodum constat omnibus recta proficiscen-
Abraam tibus.Permultaque alia dogmata impia atque detestabilia a talmuthistis ædi
Moses ta sunt contra nœ abraam mosen dauid atque solomonem: & alios plerosq;
Dauid que duces suos atque præuios: nec non & aduersus legem humanam at-
Solomon que diuinam: quæ cum ingenium meum siue natura (ut christianum decet)
penitus abhoreat: uisum est mihi suadente ratione atque conscientia fore ab

ſonum & inconueniens ea litteris cõmendare. Arbitratus ſum præterea rem quidem prorſus indignam & minus congruam huiuſmodi libelli noſtri ueritatis floribus beneolentibus: iudaicæ falſitatis putridam ſcabiem & maleolẽtem inſerere. Et licet nefaria illa talmuthiſtarum ſtatuta: cuilibet de chriſtiana religione benemerito ad illorum deteſtationem manifeſtare fortaſſe congruat. tamen alii quoniam de illis multa litteris tradiderunt: miſſa faciam: ſi tantum unum hoc dixerim: quod nefas eſt profecto: ſed penes ipſos laudabile & honeſtum:

Erat nanq; apud iudæos menſis ſeptimus totus iocundus atq; feſtiuus nam die primo ob memoriam ꝙ iſaac abraæ filius imolationẽ liber euaſerit feſtum tu- Feſtũ tub
barum celebrabant. ut habetur leuitici. c. xxiii. Mẽſe ſeptimo prima die mẽ- Leticia
ſis erit uobis ſabbatũ memoriale clangentibus tubis & uocabitur ſanctũ. Decimo uero die ab eis feſtum expiatõnis fiebat ob memoriã diuinæ pietatis at- Feſtum
q; clementiæ: qua inulti extiterũt ac liberi (ut ipſi dicũt) a peccato uituli quẽ pia.
in deſerto adorarũt: quẽadmodum ſcribitur eiuſdem eodem. c. Decimo die menſis huius ſeptimi dies expiatõnum erit celeberrimus. Quito decimo aũt die feſtum tabernaculorum erat eis: ob memoriam ꝙ filii iſrael poſt exitũ de egypto habitauerint in tabernaculis in deſerto: ut præcepetat eis deus: legitur hoc eiuſdem. c. eodem. Quinto decimo die menſis huius ſeptimi erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus domino. His habitis decreuerunt tal- Feſtum ta
muthiſtæ: ſi quis iudæorum nocte menſis ſeptimi ante decimum diem uolue- ber.
rit anno futuro aliquem uel fallere uel decipere in eo quod iuramento ſuo obſeruaturum ſe dixerit. liceat ei accedere ad rabotenos uel ſacerdotes in ſynagam legiſcodicem in manibus tenentes coram qbus hæc uerba proferat: Ego mathã uel naaſon iudæus proteſtor coram deo & uobis omnia uota quæ fecero alicui anno futuro uel promiſſiones uel iuramenta: & ea me obſeruaturũ pollicitus fuero animo nihilominus non conſentiente promiſionibꝰ factis uelim irrita fore & inania nulliuſq; ponderis uel peccati ſi minus ea fuero executus. Quibus ſic expræſſis inquiunt talmuthiſtæ poſſe iudæos tunc impune quoſcunq; & chriſtianos imprimis circumuenire dolis ac fraudibus ſine peccato atq; iactura corporis uel facultatis. Non miretur igitur quiſpiam ſi iudæi a chriſtianis principibus iuramentum eis præſtitum non obſeruantes irrideant: ne quid plus arripiant de fænore uel uſura: quod a principibus ipſis uel ciuitatum rectoribus ſancitum eſt atq; decretum. Quod autem hoc uerum ſit: res ipſa de ſe teſtimonium affert. Nam (ut ſuperius diximus) ſi chriſtianum occidere ſibi fas eſſe exiſtimant: pecuniam ab eo ſubtrahere multo magis ſibi licere putant. Sentiunt enim populi chriſtiani iacturam hanc q̃ maximam: quorum non ſolum facultates: ſed etiam ſanguinem iudæi ſitiunt & affectant. Quibus inſuper illecebris atque obſcenitatibus cum quibuſdam fidei noſtræ agant contra legem dei: quoniam

mihi lex nostra phibet ea detegere nō curabo. Hæc scribo nō sine lachrymis atque magno dolore q̄ facta nouerim nō ficta. Et si quādoque i occulto christianorū liberos extermiarint atque occiderint: cernētibus tandē parentibus ob indulgentiā christianorū principū illis deditā: nō uerebunt ex maternis finibus eos tandē arripe trucidare ac pdere. Nihil pfecto iudæi faciūt: neque ab eis quicq̄ cū christianis agi pōt lege talmuthica istructis atque coactis: qd ludibrio fidei nostræ nō sit uel fidelibus detrimētū atque pditio. Scribūt eni talmuthistæ: atque iudæis sub pœna anathematis præcipiūt: ne cū idolorum cultoribus pacē aliquo mō teneant: uel aliqd agere quod eorū honori sit atque laudi: Nefas insup iudæis sit inquūt studere uel incūbere ut christiani a suis erroribus se amoueant atque discedant: sed liceat nobis eos cruciare atque interficere. Et si qs uoluerit istorū aliquē idolis seruientiū aqua submergi aut igne cōburi: nullus nīm eum eripiat: quoniā heretici sūt atque blasfemi: destruūt israel atque pdunt: phibētque populū a uia dei: ueluti fuerūt iesus nazarenus atque discipuli eius. Permultaque alia euomūt execrabilia atque nefanda hoies isti spurcissimi cōtra christianos atque christum: quæ propter detestationē uerborū siue turpitudinē missa facio. Q uis igit̄ feret æquo animo hos ingratos & impios hoies: hanc pestiferā rabiem & imanitatē iudæorum hoc pessimum animantiū genus omniū: nō christianus non qui recte sentit. Decet qdem iudicem inquere quem fama publicitus sonat: ut improbi ac mali ad sua cœrcendū peccata incitentur: & iusti ac boni gratiā & opem sperare possint. Necesse est eni æquis iudicibus quæ praua sunt displiceat: & ea effici quum audierint moueantur. ut iusticia seruetur: quæ pfecto in hoie necessaria est: ad correctionē malorū ad laudem uero bonorū. Si eni aderit cū pœna mætus aderit & recte uiuendi gloria: & obseruantia legum. quibus ablatis omnia confusione impleantur atque corruant necesse est.

O ratio: ad. sum. pon. Q uā ob rem datam mihi facultatem uideo libere implorandi auxilium tuum ac potestatem sūme pater p ontifex maxime: pro christianorum tutella: pro fidei siue religionis conseruatiōe: pro honore apostolicæ dignitatis: pro christi gloria: ad te inq̄ supplex uenio atq̄ confugio pater sancte: ne oues tuæ gubernatiōi cōmissas perferas a iudæis deattuari ulterius atq̄ perdi: & christū saluatorem nostrum: cuius uices geris tot tantisq̄ opptobriis atq̄ iniuriis in dies a tuis hostibus detestari. Tu dei sacerdos magnus es: tu pontifex sūmus tu pticipatu abraā: tu auctoritate moses: tu potestare petrus: tu ille cui ēs cælorum claues a deo traditæ sunt: a quo tibi dictū est: pasce oues meas. Tu igitur e grege tuo eiicere potes hos tuæ religionis aduersarios: rapaces lupos atq̄ sæuissimos: hoc suadet propheta beatitudini tuæ atq̄ demandat psalmo

Psalmus quinto: ubi dicitur: Secundū multitudinē impietatū eorū expelle eos quoniā irritauerunt te domine. Terq̄ quottidie i synagogis suis orant uel potius mussitāt ut tuū possit destrui sāctū nomē. Inquunt eni: humaleath sadon ado/

nai mchera telzacher uefcaber ue mager: Q uæ uerba latine fonant: regrum
nequiciæ deus q̄ primū indures atq; confringas & conteras. Q uod quidē re
gnū apoſtolicam ſedem tuā nuncupant & appellant. Non imerito itaq; deus
ipſe ex ſedibus eorum hoc peſſimū atq; ſæuiſſimū animantiū genus expulit
atq; deiecit: quod ſi ita eſt ſicuti eſt: & cōgruum ducitur atq; condignū ꝙ alie
nis ſedibus priuari poſſint atq; debeāt: & imprimis a te ne uinea domini ſab-
baoth in qua fouent & nutriuntur cōtaminet uel polluat hac putrida fece
hominū iprobrū. Præcipit hoc deus heremiæ. c. xv. Eiice illos a facie mea: & Hieremia
egrediantur. Tu eni pater ſancte faciē dei geris gratia & auctoritate: quoniā
quæcunq; ligaueris ſuper terrā: erunt ligata & in cœlis. Nō miſerearis illorū
qui tuarū ouium facultatē appetunt qui ſanguinē ſitiunt: quoniā eorū nō mi
ſeretur deus: qui ait eodē. c. Q uis eni miſerebit tui ieruſalē: aut qs contriſta
bit pro te: aut qs ibit ad rogandū pro pace tua: tu reliquiſti me dicit dominus
retrorſum abiiſti: & ego extendā manū meā ſup te: & interficiā te: Et paulo ī
fra: iterfeci & pdidi populum meum: & tamen a uiis ſuis nō ſunt reuerſi. Per
didit illos deus: tu igitur illos eiicias. Non ſane illorum opera uel ſuffragio
eget chriſtiana religio. Scimus nanq; omnes nos chriſtum cruci ab eis fuiſſe
affixum: quod tantum nefas multis annis ante a iudæis factum iri prophetæ
homines dei uaticinati ſunt: & huiuſmodi ueritatem eorum codices atteſtan
tur & docent. Hoc ipſum inſuper nos illorum ſcripta admonent: qui chriſti
ſupplicio ſæuiſſimo interfuerunt. omneſq; ſantiones ſanctoꝝ patrū atq; ſan-
ctiſſima decreta: hac quā ſeqmur ueritate fulcita ſūt. Ad hāc eni labem pu-
tridā reſecādā & ad ipſos expugnādos iudæos nō ſcuto: nō clipeo: nō aliquo
armorū genere opus eſt nō tuos eorū arma uel cubarū clangor ſiue ſonitus ter
rebunt: nō tuorū occiſiones uel iteritus ad expellēdos hos fetidos canes chri
ſtianorū alicui pauorē incutient: non ſoluet ſi qua eſt congeſta pecunia tua:
ſolo nutu id totū ſolues. Expugnaui ipſe eorū errores ui ueritatis atq; tonis:
Vincas tu eorū ſupbiam atq; temeritatē iuſſu atq; impio ſancto tuo. Tantum Hieremias
ſupereſt ut dicas: Eiiciant: egredient cōtinuo: nā heremias. c. xxxxv. inquit
uidi iudæos pauidos & terga uertētes: fugerunt conciti nec reſpexerūt. Hoc
ſi feceris pr̄ ſācte: abſterges tu nāq; romanū impiū irriſionibus ludibriis atq;
iudæoꝝ fetore quo tibi ſubiectos oēs iſanabilis morbꝰ iſte iādiu ificere cōſue
uit. Perqrat beatitudo tua eoꝝ ſynagogā atq; bibliothecā: Legat eoꝝ pſa-
nos codiceſ: qd expuāt belluæ iſtæ ſpurciſſimæ: nō difficile cognoſceſ: qua ra
bie ferueāt, quo ueneno ifectæ ſint aduerſū te & apoſtolicā ſedē. Tuo itaq; i
aio ſit beatiſſime pr̄: ne quos deus ſeruitute ubiq; oppreſſos uitā calamitoſā
atq; miſerrimā ducere uoluit ſub tuo chriſtiano regimie liberi atq; fœlices ui-
uant: quod ſi a te chriſtiani pricipes factū acceperit: i exequēdis iuſſibus tu-
is: tibi ſemp aderūt atq; fauebūt: teq; poſtremo chriſtus deus & homo ac iu-
ſtus iudex fœlicitate atq; beatitudine æterna condonabit.

oratio ad uicentinos

g

AVDEAT. igit & uehemētet lætet res publica nr̃a uicentina: cui iā
dies illa effluxit: qua undiq; se nitidam ab oi iudæoꝝ labe atq; putre
dine penitus intuet & cernit. Neq; iniuria qdē quoniā sicut aduen/
tantibus solis radiis mundus ubiq; explendescit ac fulget: sic itidem illa om/
ni moderatione æquitate prudentia fide integritate atq; religione micat &
elucet. Nam præclarissima ciuitas hæc cum nihil ei deesset ad bene beateque
uiuendum: atq; quod fide i christianæ congrueret: par extitit: ut id solum si/
bi repugnans turba iudaica suo priuaretur aspectu. Non enim uicentinos la
tuit præstantissimos ciues hoc genus hominum putridorum deo esse infen/
sum ac fore: iussisseq; : uagos futuros esse ac deuios ob ifidelitatem illorum la
trocinia atq; rapinas. Quibus expulsis ex uicentinorum laribus: superiorib9
annis annuente sanctissimo imperio ueneto: euenit dictu mirabile quoddam
quod & impræsentiarum neminem fugit: nam ciuitas ipsa miserabili morbo
afflicta. ab ictu eius pestifero libera continuo atq; incolumis euasit. Voluit
deus ipse quos diligit uicentinis meis ostendere sibi gratum fuisse quos & ip
se expullit; cæteri propulsarent. Neq; enim decens erat: quos deus summa fi
de & itegra religione donauerat præ aliis uirtutibus: quibus præditi sunt eo
rum beneolentibus disciplinis atq; modo beneuiuēdi insereretur iudæorum
hæc putrida synagoga. Qualia enim & quanta contra christianos iudaica
gens machinetur quottidie: quæ sequuntur edocent Missumadim balthei thi
ehua uel çol hamini cheregath iobedu: hoc est: Et baptizatis non sit spes &
omnes infideles repente pereant. Corde igitur uolutet uicentinus prudentis
simus: atq; fidelissimus quisq;. Si christianos iudæi spe omni cadere affectāt:
qua nullus tam miser priuari potest multo magis & naturæ bōis atq; dei mu/
neribus priuatos appetunt atq; desiderant: dicunt enim: Et omnes infideles
quos christianos intelligunt: repente pereant. Neq; tot tantaque ab eis ma/
la fieri possunt: quorum impunitatem euadere auctoritate sua & opibus nō
sperent: hoc facit erga eos nimia indulgentia malefactorum eorum: facilitas
enim ueniæ dat occasionem peccandi: neque hoc dixerim ut parcere in/
congruum iudicem: sed qui sua errata cognoscunt & nō corrigunt profecto
ueniam non merentur quæ si dabitur deliquendi tunc securiorem aditum
præstat: Iccirco iudæi christianorum principum leges atque supplicia nō ue/
rentur non timent. o uicentia nomine tuo digna: qui q̄plurimos peccunia
uincunt: sapientia tua atque fidelitate uicisti. Tu enim sola & unica ciuitas
es quæ oibus insignita uirtutibus non solum præclara documenta beneuiuē
di regulā affers: sed et religione præcipua cælestis patriæ securū iter uolētib9
præparas atq; ostēdis. Quid enī a tuo senatusconsulto dignius: qd ciuibus tu
is cōducibilius effici potuit: q̄ ipsos a sanie iudæorū fetida & a labe pestifera
liberasse. Neq; mirum profecto quando te nō fugiat: quibus moribus qbus
ue institutis uiuendum sit: quibus parendum legibus: quo ordine qua disci/

plina res publicæ uel regi uel administrari debeāt Sola eni stabilitate atq̃ cō
stantia ribi opus ē: ut incæptū mēte firma: & incōcusso aio exequaris atq̃ su
stentes: hinc oīs emanat rei. pu. tuæ laudabilis ordo: hic pax ciues subiectos
sibi facit: hic senatus illius cōscripti patres. fælices & pbeati dici possūt: hoc
illud est: quod a platone frequētius ferebat̃: pbeatas eē ac fore illas res publi
cas: si a sapiētiæ studiosissimis & a uiris grauissimis recte uel īstitutæ fuerit:
In regēdo sapiētia qdē: in pseuerādo grauitas ipsa cōsistit. At nihil boni pfe
cto affert sapia sine grauitate: quipotius leuitatē quandā dicetē & nūcuparē
grauitas eni cōstantiā parit cōstantia uero uictoriā atq̃ triumphū. Quoniā
cōstans dauid cōtra philisteū extitit iccirco uictoria potitus est: licet obiurga
gatus ab heliab frē suo: & a saule dissuasus sæpius fuerit. i. Re. c. xvii. Ioab ī
sup quia ab incæpto rabba ciuitatis nō destitit: illā ideo expugnauit atq̃ ade i. Re. xvii
ptus ē. ii. Re. c. xii. Nulla molestia neemiā ī hædificāda urbe retraher̃ potuit
tametsi multa ppessus fuit: tandē noticōpos extitit: sequens quod cæperat. ii. R. xii
neemiæ. c. iiii. &. c. vi. Eliachi magnus dei sacerdos alloquēs populū israel:
si manentes inqt pmāseritis in cōspectu domini ipse præces uras exaudiet. iu Neemias
dith. c. iiii. Ideo christus diuinus doctor matthei. c. xxiiii. ait: Qui pseuera Iudith
uerit usq̃ in finē: hic saluus erit. Quorsū hæc. Vt fugiat neminē ī rebus bene Christus
gerēdis tū publicis tum priuatis: stabilitatē a uiris optimis semp cæteris uir
tutibus præferri & anteponi. Et quēadmodū elementorū mutatiōe humana
corpora dissoluūtur: sic īstitutōnū rei publicæ mutabilitate: ipsā dissolui ne
cesse est. Nō hæc dixerim ut uicētinoꝝ Ciuiū grauitati atq̃ cōstantiæ diffide
re uidear: q scio quæcūq̃ agunt̃ ab eis: ea oīa iridē cōstanti aio defendi & ob
seruari. Sed ut neminē lateat eorū īgeniū prudētia atq̃ itegritas q̃ pbe q̃ue
cōstanter in oibus quæ dei sūt se īstituat cōtinue atq̃ regat Sciunt ipsi nihil si
bi maiori laudi eē: ac ciuitati suæ maiori usui fore atq̃ utilitati: ꝓ exeq ac sta
bilire qcquid aduersus iudæoꝝ pestiferā saniē a suo sapientissimo senatus cō
sulto sancitū est atq̃ firmatū. Et licet nonnulli in plateaꝝ angulis mussitent
qui noīe uicētino idigni pfecto sūt iudæos eē rursus ad uicētinas sedes redi
turos. hi nanq̃ nō parū rei publicæ detrahūt: & se rursus morbo pestifero &
ciuitatē opprimi appetūt atq̃ reqrunt q̃ si tantū suæ rei publicæ dedecus at
q̃ suorū tantū infortuniū quærirēt: miscreant̃ saltē inopum sotiorū: necnon
& religioni suæ atq̃ fidei rōnē habeāt: quā q aspnari patit̃: & deū guberna
totē suū sperni iam iudicatus est: quod nefas a rebus publicis tantū alienū eē
debeat quantū īfidelitas atq̃ dissidiū. At spero rē. pu. uicētinā huiusmodi er
roris atq̃ sceleris macula nō infectū iri eū ibi adolescentiū cætus nō cōsulat:
nō iuris pōtifici atq̃ impatorii expertes suffragiū ponāt: Litterati fere oēs: ac
seniores qd rei. pu. cōferat soli cōstituūt atq̃ decernūt: Nō ignorāt uicētini
mei: bonū præcipuū nō eē īcipere: sed illud exequēdo pficere solū eē pfectū.
Multi nanq̃ aggrediant̃ q̃maxima & deficiētes inutiles fiunt ac leues: hoc
illud est q̃ diuus augustinus in sermone suo de pseuerātia iquit. O fratres
mei uos īcipe bona nō tedeat neq̃ fastidiat tenere ichoata: Scientes qa pseue

rantia iformat meritũ: colorat boni propositũ: remunerat curenré: coronat pugnanté: ducit ad brauiũ: códucit cũctos ad portũ: hæc est uirtus quæ deũ ligat: qua laoteanť martyres: qua uirgíes coronanť: qua sublimanť sacerdotes atq; cõfessores: hæc ẽ uestis sine ruga: tunica sine macula: bonitas sine malitia. Nõ latet uicentinos meos illud a suo iuriscõsulto editũ: q; finis non pugna coronat.

Abraam Geneseos

Perseuerauit abraam i exequẽdo præcepta diuinæ maiestatis: iccirco benedictioné a deo meruit: ut hẽtur geneseos. c. xii. Benedicã tibi: & magnificabo nomẽ tuũ: erisq; benedictus: Maledicã maledicẽtibus tibi atq; in te benedicenť oẽs cognatões tuæ.

Isaac Geneseos

Perseuerauit isaac in oibus quæ præcepat ei deus: iccitco dictũ ẽ ei geneseos. c. xxvi. Ego sum deus pr̃is toi: noli timere isaac: qa ego tecũ sum benedicã tibi: & multiplicabo semẽ tuũ.

Iacob Geneseos

Perseuerauit iacob i certamie siue pugna: ideo meruit israel appellari atq; uideř deũ scribiť hoc geneseos: c. xxxii. Nequaq̃ appellabiť nomẽ tuũ iacob sed israel & sequiť Vidi dominũ a facie ad faciẽ: & salua est facta aía mea.

Ioseph Geneseos

Perseuerauit ioseph in pudicitia & castitate licet: cum assidue libidinosa prurigine illecta mulier eunuchi principis pharaonis uxor ad coitum excitauerit: quẽadmodũ legiť geneseos. c. xxxviiii. Qua cõstantia dignũ censuit deus: ut non solum præficereť cunctis terris egypti: sed ẽt appellareť saluator mundi: ut legitur eiosdem. c. xxxxi. Dixit pharao ioseph: Ecce cõstitui te super uniuersam terram egypti: Et paulo ifra uertitq; nomen eius & uocauit eum lingua egypriaca saluatoré mundi.

Moses

Ptomeruit moses ꝑpter perseuerantiã diuinorũ præceptorũ cũ deo loqui atq; diuinæ uoluntatis legatũ a deo fieri: & populum israel a seruitutis iogo sub pharaone subtrahere ac liberare ut hẽtur exodi. c: xii. & pharaonis deum ẽt a deo cõstitui: Legitur hoc eiusdem. c. vii. dixit dominus ad mosen: Ecce cõstitui te deum pharaonis. Ex quibus facillime quisq; arbitrari põt: quantũ gratiæ quantũ ue auctoritatis pseuerãtiæ uirtus hẽat apud deũ. Natura eni humana sic comparatũ est: ut quisqs dignũ facinus ordine ac recta mente se cõplexum nouerit: iam acriter tueať: & si quisq̃ nodum illius rescindere uoluerit: iterpellet oĩno atq; impediat: tunc illustre ab eo decus fiet atq; facinus iclitum erga patriã suam: & a posteris sempiterna laude celebrandũ. At si secus effectũ ab aliquo fuerit: pereat necesse ẽ quẽadmodũ & plurimi cæptum apptobabile nõ consumãres miserrime iretietũt ut oibus de litteris benemeritis constat. Non eni patiť deus ab hoibus monstrosa fieri: Bonũ incipere malo conclusum termino: nil aliud q̃ mõstrum dici põt: qum eni sic agitur humano capiti ceruicẽ pictor equinã iungit & sup inducit infructuosas plumas: ut ille inquit.

Christus

Perseuerauit christus usq; ad mortem non pro soa sed pro hominũ utilitate atq; gloria. Et uos itidem uicẽtini mei: non pro sua sed pro salute uestra expulsam hãc rabiẽ iudæorꝝ mortiferã uagari pseueretis.

Oseas

Eiecit eos deus oseas inquit. c. viiii. Abiecit eos dominus deus meus: quia non audierũt eum: & erunt uagi in nationibus. Non enim minori uirtute atq; animi fortitudine in rebus bene actis siue bene gerendis res. pu. uestra gaudet: qua permulti romanorum ciuium & alii q̃plurimi læta

ri sunt: qui pro liberanda patria: pro ciuium salute: pro ciuitatis gloria: non solum facultatis quicquid esset: sed etiam uitam incolumem mortis periculo subiecerunt: Sed in hac iudæorum eiectione extra mænia urbis uestræ atque uicentinum agrum: nulla iactura honoris uestri uel ciuitatis: sed singularis laus atque præcipua per totam italiam gloria celebratur: nullum detrimentum uestrorum ciuium partum est sed emolumentum euidens atque utilitas: nullus error uel dolus: sed ueritas atque conscientia recte factorum nullum uitæ discrimen uicentinorum ciuium infertur: sed populi uestri salus atque securitas: & demum cuique uestrum laus & gloria sempiterna custoditur atque seruatur. Omnia hæc uobis uicentini mei diuino auspicio dedita: non ne ingrata patria uestra diceretur: si omnibus uiribus uestris annuente impio ueneto tueri atque sustentare non curaretis? Non enim pro his tuendis muneribus ex alto uobis concessis funditur errarium uestrum: non minuuntur opes uestrorum ciuium: non alicuius facultas tollitur: sed augetur & conseruatur. Emolumento nanque siue lucro: quod ex ciuitate nostra olim rapiebat a populo uestro rapax iudæorum turba: iam ipsa ciuitas liberos suos nutrit atque fouet. Consideretis obsecro uestrorum pauperum a iudæis iniectam calamitatem atque inopiam: quod si iudæi rursus ad patriam uestram redirent: non omne pauperibus illis quod superest subtrahentibus iudæis uestri paupers funditus interirent? At si forte quorundam patrum ciuitatis animos commiseratio hæc erga inopes minus moueat: religionis saltem pietas atque christi fides aduersus quam quottidie iudæorum bucca spurcissima inuehit eos inciret atque impellat: ut quod sancte & probeate a uobis decretum est opus deo gratissimum: a posteris uestris æterna memoria atque perpetua laude celebrari possit. Non ne uidetis: qua seruitute: quo iugo infœlicitatis iudaico obstricti ciues uestri iudæis eorum facultati dominantibus uitam ducebant? Supelectilibus omnibus maximis acquisitis laboribus destituti atque priuati: quandoque latrocinia perpetrantes: calamitosa sorte sua cum ignominia uxores proprias ac dulces natos relinquentes turpiter perierunt Cuius mali non mediocris: non sine detrimento eorum familiæ: atque opprobrio rei publicæ uestræ: causa semper extitit iudæorum sæua impulso atque importuna rapacitas: Quibus malis iam liberatam præstantissimam rem pu. uestram: cur ciuis ille quisquis fuerit improbus & infidelis hoc denuo immedicabili morbo inficere conabitur & persequetur? Hic enim maledictus erit in ciuitate: & maledictus quocunque ierit: hunc percutiet dominus inopia egestate atque angustiis. donec pereat: hic edificabit domum & non habitabit eam: ulcera immedicabilia patietur a planta pedis usque ad uerticem capitis: filios generabit & filias: & non fruetur eis. His nanque malis atque prodigiis afficietur ille qui putrefactam iudæorum turbam eiectam a deo atque expulsam ad uicentinas sedes curabit redituram: Is enim nomine uicentino indignus est: & a christiano penitus alienus is extra urbem eiiciendus omnino: atque uicentino agro priuandus hoc uulnus profecto contagiosum est: ideo a membris rei pu. rescindendum. Iam elatis signis iudæi procedunt: Iam promittunt pecuniam: iam numorum copiam edunt hostes & inimici uestri ut fœlicem ac sanctam rem pu. uestram totamque ciuitatem coinquinent atque polluant insigni leuitate inopia atque morbo. Iam id assequi machinati sunt: & grauitatem no

minis u͞ri atq; constantiā sine fortitudinē p internūcios ꝓposita pecunia contaminare student: Iam quædā ciuitatis uestræ loca cohabitant: qua occasione ĩ occulto u͞rorū ciuiū bona diripiant: hoc tantū nefas atque profanū scelus: has cōtinuas iiurias rei pu. uestræ ab iutilibus mācipiis uestris: nō decet uiros primarios æquo aio ferre uel pati. Agnoscatis eorū ĩpudētiā atque temeritatē: ĩuitis p͞ribus ciuitatis ædes u͞ras cū ignominia & detrimēto rei pu. uestræ usurpare & abuti animū ĩduxerunt. Agnoscatis eorum insup fraudes atque ĩsidias q̄bus ciues uestros circūuenire atque opprimere conant͛. Agnoscatis demū quā existimationē u͞ris constitutionibus atq; decretis tribuunt: quanti rem pu. uestrā faciunt: & uos iridem singulos cōscriptos patres si timeant si uereant͛: At si christū saluatorē nostrū deū uerū & hominē manzer nuncupāt quod dici neq; lex humana neq; diuina patitur quo noīe & uos appellent: uestrū q̄nisq; facillime tenere pōt. Vobis nāq; q̄cquid opis est ac facultatis: nō ut solū peat & conterat͛: sed ēt parentes uestros uxores & charos liberos ad perdendū iudæi oībus suis uiribus quæritāt atq; studēt. Nā cuius liber dici nullo prætermisso tp͞e: aduentante p͞ria uespera: hæc in eorū synagoga euomunt atq; autumant: Idolatrarū christianorū dies cōtracti atq; pauci fiant: & eorum filii parentibus orbari & uxores eorū uiduæ ex ædibus suis eiiciantur & calamitate pereant: Et iudæi sanctum semen: eorum facultatibus atq; laboribꝰ utant͛: nō sit illis adiutor neq; fautor neq; q̄ misereat͛ filiorum ipsorum: fiant contra dominū semper: ut eorum memoria funditus deleatur & si quis illorum aliquem recordari uoluerit pariter euertatur & peat. Quis igitur ciuitati suæ tam inimicus fuerit & hostis acerrimus: ut hanc uipeream & uenenosā rabiem iudæorum uicentinis laribus inserere atq; initi studuerit. Sed quoniam ea animi fortitudine atq; constātia res: pu. uestra undique circūmunita esse conspicitur: sperandum est pariter atque tenendum: ab ea recte factum magno ac forti animo perfici & obseruari: Nam in ea ciues unq̄ ĩ consulta aggressi sunt: omnia probe ac generose: cum singulari maturitate atque prudentia discussa amplexi stabilierunt atque firmarunt: Existimantes multo esse præclarius ciuibus uicentinis ratione incepta perficere q̄ aut adipiscendis opibus aut cumulandis facultatibus incumbere uel studere. Et omnia quidē ab eis acta sacris semp imprimis atque religioni christianæ postponenda duxerunt. Noluerunt profecto uicētini fidelissimi patres quicq̄ in ciuitate sua effici: quo animi hominum a dei cultu atque religione amouerentur atque discederent. Quod si ita est: sicuti est, uicentinorum aliquis (ut mihi persuadeo) nō feret nō patietur: ut iustissimi decreti rei pu. suæ uel uiolatio aliqua uel corruptio fiat: Quæ quidem constantia efficit: ne ulterius ĩ eorum aliquem deus sæuiendi occasionem habeat: neque ob efferatam iudæorum perfidiam in gloriosissimam ciuitatem iampridem morbo tam crudeliter uexatam cum suorum ciuium interitu, uel inferat uel insurgat: q̄n potius gratiam atq; fauorē diuinæ maiestatis atq; clementiæ quem semp

Manzer

ciues noſtri aſſecuti fuere ob uenerationē ſacroꝝ deus ipſe & augebit & cō‑
ſeruabit. Et ſemp benedicti erunt a domino: atq; benedicti in ciuitate & be
nedicti in agro: benedicti erunt fructus uētris ſui, benedicti ingrediētes, &
benedicti egrediētes: necnō benedicti eūtes & quieſcētes & in oībus opibus
ſuis benedicti ſemp erunt: benedicti fructus terræ ſuæ atq; iumentoꝝ ſuoꝝ
benedicta hortea ſua, benedictæ reliquiæ ſuæ. Abūdare faciat eos dominus
oibus bonis: & aperiat deus uicentinis meis theſaurum ſuū optimū cœlū &
benedictionē infundat ſup cūcta opa manuū ſuarū in ſæculū & in ſæculum
ſæculi. Tu igiť præclara ciuitas uicētina, ſi fœlicē ſi pbeatā dicimus, nō ime
rito qdem, quādo hucuſq; tibi deus optimus maximus adſit atque faueat.
perge itaque ut cæpiſti & ſic deinceps ēt facito: ut qbus muneribꝰ atque be
nedictionibus deus unicus ille ſūmi olympi rector atque mūdi huius opifex
te inſigniuit atque donauit: eas tibi ac poſteris tuis augeat atq; confirmet.
Q ūq; huius uitæ poſtea munus ciuibus tuis obire licuerit, ppetua illa pfrui
beatitudine ualeāt. Ad laudē atq; gloriā q eos generoſos, & omni uita pba‑
tos, gřa & auctoritate apď oēs, cæteriſq; diſciplinis oibꝰ plurimū illuſtrauit

Finis:

Eſt opus impreſſum papienſi ſimone clarum:
Compoſitum petri præſulis ingenio:
En ego ſum ſimon papienſis nomine ciuis
Biuelaquam nuper fata dedere mihi:
Hunc uirtute mea librum magnoq; labore
Impreſſi: noſtræ uirginis ob meritum:

Impreſſum uicentiæ Anno domini. M. cccc.
lxxxyiiii. die tertio mēſis octobris

a	iſto	maior	ſimultate	Negare	dicta
Petri	imperiti	h	& pmiſerit	p	ueritati
audita	enim	Non	luit	merito	iudaici
fectio	e	de ſpiritu	m	ſtum	t
Inſuper	poteſt	dinata	& cantica	apud	neq;
b	ſermonibꝰ	i	doctoribꝰ	q	ronomii
aliquem	ſuper	Apparet	equidem	demnari	uerbis
gantes	f	namque	n	i extremis	u
meſſiach	geneſeos	danielis	ſimul	eius	his
c	inſcriptóe	k	fieri	r	neminem
tribulatōis	legant	eſt illa	manu	gimus	ſen
manifeſtař	g	uerus	o	ciam	x
& ad	poſſit	neq;	iniens	egerint	plinares
d	ſuæ	l	tationum	s	ti ſunt

Quid tua sũt bruti, fœlix cognomia præsul?
Cur non sunt pulchri qũ tua fama iubet?
Pulcher es ornatæ festiua paladis arte
Nã ius & musas & bene cuncta colis:
Pulcher es ingenio per grata dote sũpbo
Cognomen pulchri cur tibi fama negat?

Dragatius

Gloria pontificũ laus & pater optime nostri
Te præcor accipias carmina facta tibi
Quæ mea nõ audẽt ad te modo ꝑgere præsul
Non forsam resonãt, nõ mihi cultus ager.
Gaudeat & populus de tanto munere dignus
Plebsq; sacerdotum gaudia multa ferat
In te consistunt uirtus celeberrima, iusq;
Quod te ĩmortalem reddere nempe decet
In nos distillas mel lac dulcesq; liquores
Eximiis uerbis moribus atque piis
Non minus exemplis fœlix uicentia fulget
Quã sixti roma gloria magna sui
Non aliter docuit homines facundia panli
Quã tua quæ nobis dulcia dicta dedit
Instruis & patriã cœlique ascendere regnum
Tunc deus omnipotens præmia q̃ta dabit
Optimus es nobis, nec quisq̃ charior alter
Parcere nam semper perdere nonque soles
Hæc igitur feci calamo celerique notaui
Quæ tibi sint laudis muneris atq; præcori

Fran. ber. uen.

Est mea nunc uestras diuinas tangere laudes
Quæ uestrum certe nomen in astra ferunt
Præstat eni nostro depromere carmina cantu
Ne uidear tanto dicere pauca uiro:
Quare ego si dignas non possũ tollere laudes
Ipse dabis ueniam nunc pietate tua:

(Vt nulli dubiũ est) te gloria sũma moratur
Petre gubernãtem sæclũ simul ætheris alta
Sidera cum stellis & tartara dira timentem
Antiqui solium cui certo fuisse paratum
Ad christi dextrã domini oĩpotentis olympi
Tu uere es petrus portas q̃ claue patentes
Cœli aperis iustis, sũmo condignus honore
Per quẽ iam faciles aditus præbẽtur ad astra
Exultantq; omnes diui exorare beato
Pro te sancte pater rursus reuerende sacerdos
Et mortalis enim quæ sunt ꝑ antistite nostro.
Quãta ꝑ hunc orbem præbet sua lumina titã
Perque uolãt liqdũ uolucres nũc æthera q̃tæ
Clericus & tantas debet de pectore grates
Abste sancte pater, concesso munere tanto:

Bar. ange.

Me tua dignata est præsul reuerende uocare
Dulcibus ac fari coram dominatio uerbis
Te q̃d ad hoc moueat uir facundissime certe
Nescio: nãq; in me nihil ẽ, quod multa iuuare
Aut prodesse queat: nulla uirtute nitesco
Aurea nec meritis fama summittor ad astra
Sed tua te bonitas (sic censeo) cõpulit, ut me
Inuites ad te, & blando sermone loquaris:
Hæc assueta humiles assueta fouere misellos
Hæc inopi semp, semper succurrere genti
Nec dedignata est, inhonesto crimine lapsas
Reddere coniugio, necnon & dote pudicas
Addidit & scriba, unde tibi tũc notior essem
De quo iam merito cecini, ac cantare paratus
Is uirtute sua solitus bona dicere tantum ẽ
Huic merito dignas & ago grates, habeoque
Et si quid cæpit, quod delectauerit ex me:
Gaudeo: nec renuã, semp me offerre mereri
At tibi qui ignotum iã me dignissime præsul
Suauibus addideris dictis quas nescio grates
Q̃s uel agã aut ꝓferã: mihi cũ sit nulla facultas
Dicẽdi: nec inops, quæ munera det locupleti
Digna hẽat: ne penitus ne ĩgratus & expers
Virtutis credar, toto me tempore toto
Offero: & urbanũ tibi dedo ꝑ omnia seruum
Præterea nostros: ruri qui templo ꝓfano
Crimine læserunt pastor cõmendo benigne
Absoluas quæso, ueniam metuere dolentes:
Compatere & stigiis miseros exolue catenis
Pænitet admissi dehinc crimina dira fatent.

Vrbanus caltraneus.

Fama uolat praesul cūctas dispersa per aures
Te fidei nobis edere nelle librum
Q ue si qs teneat legit ueterē[?] nouosq;
Libros & plenus sacro erit eloquio
Illic perfidiam: duros & sternis hebraeos
Illic gentiles/hostis & omne genus.
Expectat grandis uenientem sumere turba
Vt foueant tepido pectore semper eum
Nec dum conspicit tātom exoptatus alūnus
Q uo fessis requies mentibus ulla detur
Ne praecor: ulterius manures edere foetus
Differ neu uotum faxis inane tuis
Hoc te poscit idem sacri studiosa iuuentus
Eloquii: atq; senex/hoc pe[?] tatq; puer.
Hoc uares diuina canens/legumq; peritus
Et qui de rebus disseruisse potest.
Grāmaticae rhetor/poscunt hoc deniq; cūcti
Ipsa & hebraea cohors discere uera queant
Non est inuidiae timeas ut tela minasq;
Carpsetit hunc quisquis/carpat & ille fidē
Star sua mens aliis fulgenti claudere in auro
Hic uult eo is cingere diuitiis.
Hic cedro: hesperia sed tinxerit ille rubrica
Ornabit bullis fulgeat ille mage
In media quisq; componet bibliotheca
Et ueluti numen fecerit esse suis
Mitte librū ecclesiae parmā telūq; timendum
Hostibus/ut rabies deniq; uita cadat:

Gregorius aemilius pridie
calen. martias. M. cccc.
lxxxviii.

Praesul in hebraeos mirum dignissime nidi
Te scripsisse librū: hoȝ q cōstringat apertos
Errores: christiq; fidem rationibus amplis
Comprobet: & fraudes ueri mucrone retūdat
O quē te memorē pastor: nam praesulis etsi
Perficis officium: sancte magis ipse columna
Et tutor fidei/ac fidus caeleste uocari
Christicolis meruisse potes/mūdi iubar & sol
Collustrans totum radiis fulgentibus orbem:
Q ui dubiis tenebras terris dimoueris omnis
Sed qd in occulto tantū splendescere lumen
Nunc pateris? liber aureus exeat: atq; abos
Tantoȝ meritū te exaequet gloria caelo
Brutorūq; nouū tollat ad aethera nomen
Accipe particulas humanae laudis & inde
Integra non aberit sūmo tibi iudice merces
Si te nulla mouēt mortalis praemia famae
Et terrena aīo tibi ducis inania cuncta
Te meritum ueri/te tāgat cura gubernans
Atq; honor ipse dei: cuius tutator & auctor
In rabidos nobis iudaeos arma ministres
Vt duce te laetos teferamus ab hoste triūphos
Arma fer: ut magni tueamur dogmata christi
Sanctaq; p populos firma tōne probentur
Atq; iesu toto nomen celebretur in orbe.

Vrbanus caltranensis seruus
xiii. calendas maias:

Praesul aue templi catharensis gloria: salue
Q ui genus a bruti sanguine clarus habes:
Q ū mihi tā iuueni laudes describere dignas
Non liceat/ueniā tu mihi brute dabis
Q umq; anni crescēt pariterq; i corpore uires
Promptior ad laudes dicere lingua tuas
Et quum calliope sacros deplere liquores
Iusserit antiloquo te canet ore magis
Dramus desiste praecor stilumq; remitte
Impia quē longe gens recutita tremit:
Q uodq; tibi hoc facias suadet nūc tps & ille
Cellanus patriae gloria magna suae
(Crede mihi) nō es ferro aut adamāte creatus
Nec lea porrexit ubera siue tigris
Nec tibi sūt salicis circū praecordia nanae
Post paulo repetis quod tibi sedet opus
Tu tamē interea faueas facunde magistro
Et nos infixos pectore habere uelis.

Bartholameus fabricius
Marosticensis cecinit

Sanctoȝ manibus tibi caelo ponitur amplo
Aeternum solium: quoniā sanctissima turba
Concidit aeterno petri modo uulnere bruti
Praesulis: est celebri/q nūc clarissimus urbe.

Vale

Marcus celsanus

...oricium ... do ... fazendo ... dou ...

... que deue ... desta caza ...

... cidade ...